

Unicus est solus modus re-
ferendi est Interrogatio-
nis

1. Quia nulla aptior est ad profi-
cien- tum in hinc inia, neq; compen-
ditur ad eruditionem et peritiam con-
sequendam ratio, quam interrogandi
docere eo disere.
2. Quia institutor non potest certius
eo melius iudicare de profectu disci-
puli, quam quando ex iisdem
quo modo interrogata acciperint.
3. Quia hinc repetendi est revolvendi
via, profecta ab interrogatione con-
ducit ad brevitate, tum ad per-
spicuitate, et liberali inhibitionib;.
4. Quia hinc est antiquissima via de
conferendi, quippe Socratica et eorum
et hinc dicitur fieri.

DIALECTICÆ

CA IOANNIS CAESARII, PER
Quæstiones, in Compendi-
um redacta, Autore
Chasparo Ro-
dolphi.

ADCESSIT IN PRINCIPIO
*per eundem Præmion, continens
totius Dialectici negocij sum-
mam ac usum.*

ADIECTA EST AD CALCEM
*huius Dialecticæ institutionis, Ioannis
Murmellij in x. Prædicamenta Ari-
stotelis isagoge, oppido quam
utilis huius discipli-
næ studiosis.*

LIPSIÆ
EX OFFICINA TIPOGRA-
phica Nicolai Fabri.



IUVVENTV

TI MARPVRGENSI REIN-
hardus Hadamarius.

Vadenti peregre, Callis sinuosus, aptico,
Vt Proteus formis pluribus, errat agro,
Cautibus hic horret, blandus iuuat ille viretis,
Ille salebrosus, mollis hic esse solet.
Per latas aliud, longis ambagibus, oras,
Tetra vel aspectu lustra, vagatur iter.
Aequatis aliud te per compendia lamis,
Ducit, vt innocuis paisibus ire queas.
Panditur adcessu vario dialectica, tanquam
Innumeris vulgo meta petita uis.
Pleraq; diuersis an fractibus horrida, sistit
Cliuola sellos asperitate viros.
Rara viatores campo traducit ameno,
Rarior optata commoditate beat.
Ad Logicen properas sed tu qua tramite tecto
Ne rapiare vago Telqua per hirta gradu.
Adcipe Chaspari monumenta fidelia nostri
Quæ tulit officio candidiote tibi.
Sic Spelea nihil seductus ad auia, frugem
Omne speratam dexteriore feres.

Doctis

DOCTISSIMO ET HUMANIS-
 simo Hebraeae linguæ apud Marpurgū
 professori A V G. Sebastiano
 Nutzeno, Compatri suo
 Chasparus Rodolphū
 εὐπράτηρ.



XPRIMERE VERBIS
 doctissime Sebastiane, non
 possum quanto favore,
 quantis item beneficijs
 Academia nostra, me sit
 profecuta: Partim quòd me
 hominē (vt aiunt) οὐρανο
 πετέα dignum olim censuerit, à quo Pædago-
 gium recens, & decenter informari, & prudente-
 ter erigit: cuius in humeris, onus istud vt gra-
 uissimum, ita me hercle amplissimū, quiescere
 commodius posset. Vnde si quid laudis proue-
 nerit, ad te pars melior deriuari debet, q̄ mihi
 Theseus semper infractus adfuiti. Partim q̄
 maioribus officijs me sibi obstrictura, ad altio-
 rem honoris gradum euexerit, nēpe in album
 doctissimorum celeberrimę Academię nostrę
 Professorum transitibendo. In quorū refulgēt
 numero, disertissimus Theologus ERHAR-
 DVS Sneppi τὸ γὰρ ἀπὸ γλώσσης μέλιτ
 γλικίωμ ῥεεμ ἀυδῆ, Iurisperitissimus D. Io. Fer-
 rarius Præceptor noster communis, τὸ δ' ἐν
 μέρ

A 2

μέρ

μὲν μορφῇ ἔπεων, ἐνὶ δὲ φρεσὶν ἔοθ' αἰ. καὶ σὺν
σεβασκῶν ἐπικρινέσαστε, ἑβραϊκῆς γλώσσης προ-
βλημα τὸ χάλκεον (ὡς ὀμκρίζεω) καὶ ἄρρηκτον
τέχ. Ioannes Lonicerus, qui utrum Rho-
manas, an Atticas Musas habeat magis præ-
senteis, sub iudice est. Burchardus Mitthobius
cum Matheseos, tum Medicinæ callentissimus
Cui utinam κῆς illa Homericæ ἢ ὀλοῆ tam sit π-
πίτια ἢ iniqua. Præstantissimos alios, ne magis
ἐγκώμιον cecinisse ἢ epistolam icripisse videar
prætereo. Quibus connumeratis, eo nervis om-
nibus incumbo, ut tantorum Procerum, erga
me benevolentia & expectationi respondeam.
Sed cum in Præsentiarum nihil, quod me voti
compotem redditurum existimem, occurrat,
omnibus tamen (quæ tantorum virorū est hu-
manitas) rem gratisimā me facturum spero,
si vel aliquod grati animi ac amoris mutui speci-
men exhibiturus, ea, quæ Academicæ iuuen-
tuti nostræ profutura confidā, in publicū emit-
tere curarē: maxime Dialectica, hoc est, à pro-
fessionis meæ chartophylacio deprompta pro-
gymnasimata, & eadem breuiter ac luculenter:
ut velut in tabula depicta cōtemplentur, & ma-
iore etiam cum fructu consequantur adolescen-
tes. Quippe prouinciam eandem multi cum ex
Neotericis, tum ex veteribus, & ἴς τὰ Græcis
ἢ latinis subeuntes, multa quidē tradiderunt:
sed ali-

sed alij prolixitate tam fastidiosa, alij breuitate
tam succincta, tot argutijs alij, alij barbarie tan-
ta, vt (nisi me iudiciũ fallat) instituto paucissi-
mi satisfecerint. Vnus Cæſarius, vt (cum bo-
na aliorum venia dixerim) inter veteres philo-
sophos merito recensendus, medio quodã mo-
do, vt ipse fatetur, inuento curſu procedens,
ex non contemnendis autoribus, decem tracta-
tus cõpoſuit nõ minore cum fructu, quã laude.
In quibus ea ferẽ omnia quæ in Analyticis, To-
picis & Elenchis apud Aristotelẽ, in quarto &
nono tractatu etiam, q̃ p̃miscue apud Boethiũ
habentur, videtur cõplexus. Ea cũ prudẽtis-
simo huius Academię Procerum cõsensu, pu-
blice prælegenda suscepissem, ac quædã iuuen-
tutis nostræ captũ excedere animaduertissem :
in Compendium omnia reiectis, à quibus nos-
træ ætatis ingeniola vtcunq; abhorrere vide-
bantur, redigere constitui. Id quicquid est, cui
potius dedicem q̃ tibi Sebastiane hũanissime,
neminem habeo. ὑπομνήσκων τῶν πρὸς ἐμὲ
ἐνεργεσιῶν σου τῶν ἐπίλοιπων πεποιημένων, Nõ
tã vt gratias referre, quã vt grati pectoris sym-
bolum proferre gestiam. Omnia itaq; tu eo quo
ſcripta sunt animo, hoc est candidissimo ſulci-
piens, iudiciũ tuum quod perſpicacisſimum &
idem humanisſimum, adhibeto. Et ſi qua non
magnifico vocabulorum adparatu videbis ex-
polita: cogitato me in ſimplicem & ad puerilia

A s magis

magis ingenia adpositā rationē, quā sermonis
exquisitionis lenocinium incubuisse: iuxta per
vulgatū illud ἀμαθῆσερον ἢ σαφῆσερον. Ad hæc
si ordinem nonnihil mutatū & me per omnia
Cæsarianis vestigijs non insiltere conspexeris,
consulto à me factū esse arbitrator (Quo soli iu
uentuti nullius in verba magistri iuratus, pro
dessem: In nonnullis Rodolp. Agricola secus
tus, Alibi Philip. Melanthona, olim apud Tu
bingam & Vuitenbergam p̄ceptorem meum
vnice obseruandum, In plerisque Ludouicū Vi
uem, prout vtilitas futura videbat̄ efflagitare
sum imitatus. A dieci singulis ferme capitibus
singulos vsus. Totius item negocij Dialecticā
summā præmisi, vt eius artis studiosi, statim in
ipsius operis ingressu videant, quorsum tēdat,
ac quid sibi velit hæc differēdi ratio. Qui labor
qualiscunq; meus, si principio tibi, vir integer
time, placuerit, deinde per te, affini tuo D. Ioa
anni Ficino Hassiæ Archicancellario cōmuni
omnium doctissimorum viroꝝ Patrono ac
Mecœnati. Postremo huius celeberrimæ Aca
demie proceribus, fuerit sedulo cōmendatus.
Ad tua reliqua in me benè merita cumulus hic
vltimus, cui nihil adijci vltèrius queat, adcesse
rit. Vale, ex Academia Marpurgensi, octauo
Idus Iulias, Anno ab orbe redempto. 1534.

Chaspa

CHASPARI RODOLPHI IN
artem Dialecticam Proemion.



Quoniam omnis, ut inquit
Cicero, quæ à ratione de
aliqua re suscipitur institu-
tio, debet à diffinitione pro-
ficisci, ut intelligatur quid
sit de quo disputetur: tra-
ctaturi artē differendi, pri-
mum quo nomine adpelletur constituemus.
Deinde quid sit, Hinc quæ partes, Quod offi-
cium, Quo nomine à Grammaticis & Rhetor-
icis differat. Principio igitur differendi ratio-
nem Plato διαλεκτικήν, Aristoteles λογικήν
dixerūt, hic à λογος, ille à διαλέγεσθαι. Quod
rationem quandam de quocunq; themate dis-
putandi præscribat, & modum tum discendi
tum docendi tradat. Est ergo διαλεκτική ni-
hil aliud q̄ scientia ita disputandi, ut quacunq;
re proposita validissimis argumentis tua pro-
bare, aliena vero refutare, certo modo ac ratio-
ne queas. Hæc duas habet partes. Quarum al-
tera ευρετική Græcis, Inuentiua Latinis, altera
vero κριτική, hoc est, iudicatiua dicitur. Inuen-
tio argumentum quærit, & materiam confir-
mādi propositi thematis exhibet. Hęc pars di-
alectices, quia locos, qui sunt. Tanq̄ domuncu-
la & sedes argamentorum, ministrat, recte à
Græcis τοπική dicta est, iudicatiua inuentū ar-

A 4 gumen

Etymolo-
gia.

υ
ος.

Partes.

gumentum excutit atq; explorat. Cape similitudinem. Bractearius exculpturus imaginem principio cogitat vnde sibi comparet metallū. Conquisito eo proximū est vt videat sit ne probum an adulterinū, itaq; ad Basanum exigit. Sic dialecticus principio argumentum inuenit.

Simile. Hinc dījudicat sit ne probū an fallax. Propo-
Exemplū natur thema ex Cicerone. Fides est fundamen-
ex i. offic. tum iustitiæ, Loci, finitio, partes, causæ, officia
de sumptū. similia, contraria Argumenta ministrabunt. Quæ postea κριτικῆ inquirit, & tanq̄ aurifaber ad suos Basanos, hoc est, quæstiones, quid nomē sit, quæ res, quæ causæ, quæ partes, quæ officia exigit. Ex quibus colligere est hanc posteriorem partem Dialectices aut diffinire aliquid, aut diuidere, aut colligere. Porro colligēdi facultas triplici diuersitate, vt inquit Boethius, tractatur. Aut enim perpetuo veris argumentationibus disputatio decurrit, & disciplina vel demonstratio nuncupatur, aut tantum probabilibus, & διαλεκτικῆ dicitur: aut æperatissime falsis, & Sophisticè, hoc est, Cauillatoria perhibet. Quorum omnium exemplo esto.

Summa iudicatiuæ Dialecticæ **Triplex colligendi facultas.** Fides est fundamentū iustitiæ. Exploraturus igitur probè ne senserit Cicero, ad primā quæstionē exige, & certam appellationem vocabulorum constitue, Itaque cum fides à fio factum sit, iubet vt fiant quæ dicta sunt: ergo virtus. iustitia cum à iure, executio iuris: ergo etiā virtus

tus

us. Porro, constituta certa appellatione voca- *Finitio rei.*
bulorū mox cogitabis, cuiusmodi virtus est Fi-
des; cuiusmodi virtus Iustitia. Quandoquidē,
Prudētia, Fortitudo, Tēperantia virtutes sunt
Hoc opus hic labor est, vt probè excutias natu-
ram vocabulorum. Nam si inepte diffinieris,
corruet quicquid erit Dialectici negocij. Atquā
hic tibi est Dialecticus, tanq̄ Mercurialis statua
πολυκέφαλος non tam ducens q̄ animi cogita-
tionē dirigens. Quō videlicet animi cogitatio
formanda circa finitionē rei, in hunc modum.
sit ne minus cōmune vocabulū vox diffiniēda
an magis cōmune. Item cum quibus habet co- *Vsus præ-*
gnationē. Hæc est enim materies diffiniendi. *dicabilium*
Principio igit̄ Dialecticus p̄scribit, quæ voces
cognatæ, veluti prima philosophiæ elementa: *Prædicæ-*
Quæ minus cōmunia, quæ magis cōmunia vo- *bilis.*
cabula. Sigdē minus cōmunia semper diffini-
untur per magis communia, & voces cognatæ
solū admittuntur in diffinitionē. Vt Fides quia
minus cōmune est, diffinitur per vocabulū. Vir-
tutis, qd̄ magis commune est. Sic de iustitia iu-
dicandū. Sed quia difficile erat cognoscere mi-
nus ac magis cōmunia, vocabula. Itē voces cog- *Prædicæ-*
natas visum est prudētib⁹ hoibus; quosdā locos *menta &*
cōmunes, tanquā armamentariū quoddā ad- *eorū usus*
ornare, & in hos locos quicquid esset vsquā vo-
cabulorū minus ac magis cōmuniū, Quicquid
etiā vsquam esset vocum cognatarum redigere

A 5 vt sicu-

vt, sicubi incideret vocabulum aliquod diffiniendum, haberemus in promptu materiã diffiniendi. Quia vero res natura confusæ sunt, etenim accidentia Substantiis videmus esse admixta, Vt igitur ordine quodã possent res concipi, ac diffiniri, opus fuit istis ordinibus rerũ vt suas cuiq; rei significandæ voces tribuerem⁹. Tres ergo locos instruxerunt, vnde præterentur diffinitiones, hoc est substantiam, Quantitatem & Qualitem. Quartum vt conferendarum rerum materiam administraret. Posteriora enim sex Prædicamenta ad relationem referenda censemus. Exploraturus igitur naturam Fidei & Iustitiæ sic cogitabis, cadat ne in Subiectum, an subsistat per se, certũ est vtrunq; cadere in Subiectũ, Non igitur, Substantiæ. Proximum est, vt cogites sint ne magnæ an parvæ res, At cum non sint expositæ sensibus nõ possunt esse quantitates, ergo Qualitates erunt. Hinc diffinitionem petes: Cum autem Qualitates non sunt aliud nisi *ἡσθητικαὶ* quedam, hoc est, affectiones animorum & corporum, Vtraq; affectiones animi sunt. Quid igitur fides? Qualitas animi voluntaria, cõuentorum dictorũq; constantiam & veritatem seruans, Quid iustitia? Qualitas animi voluntaria bona, tribuens vnicuiq; quod suum est Excusa tandem natura vocabulorũ, proximũ est, vt videas quã latè pateat vocabulũ quã multa themati insint, id quod

no.

id quod Diuisio explicabit, quæ non parū ad-
iuuat diffinitionem. Cum diffinitio nihil aliud
sit, nisi ex genere per differentias diuisio, in spe-
cies descendere. Ergo alia fides est dñi in ser-
uos, alia serui in dominos, alia Imperatoris in
deuictos &c. Item alia est iustitia Cōmutatiua
Alia distributiua, alia priuata, alia publica, ali
a bellica, alia ciuilis. Quæ omnia vbi probè ex-
cusseris collatis vltro citroq; finitiōibus ac par-
tibus: Tum demū certam aliquā sententiam af-
firmatiuā vel negatiuam, simplicē vel condi-
tionalem, iuxta rationem simplicium vocabu-
lorum statues. Præstiterit autem plures propo-
sitiones cōnectere, vt quā aptè inter se cohære-
ant propositiones, & q̄ efficax probatio sit, vi-
deas. Ne tamen vt in buccā venerint effutias,
& prodigiosa argumentatio erumpat ad cer-
tas argumentādi formas, q̄s in hoc Dialecticus
p̄scribit, Propositiones redige, ad hunc modū.

Propositio

Argumentatio.

Quicquid verè ac constanter dicta seruat, est
fundamentum iustitiæ Fides vere ac constan-
ter dicta seruat, Ergo Fides est fundamentum
iustitiæ

Porro, hæc omnia propriè, distinctè, copiosè
ornatè, & cum quadam audientium admirati-
one eloqui indicat Rhetor. Ergo inter Grāma-
ticum, Dialecticū, Rhetorem hoc interest.

Grammaticus orationem format simplicem
vel figuratam, pertinet ergo ad dictiones.

Diale

Dialecticus simpliciter, & citra omnem splendorem quid veri, qd falsi orationi insit exquirat: atq; adeo iudicium de rebus format.

Rhetor coloribus quibusdam utitur, quibus orationem magis splendidam reddat. Instruit enim orationem ad Captum popularem. Rectè igitur Stoicorum princeps (quemadmodum inquit Viues) Dialecticam manui dicebat esse similem contractæ in pugnâ: Rhetoricam vero eidem manui expansæ in palmam: Ut in hoc velut sermonis ædificio. Grammatica cedat ligna & lapides. Dialectica domum erigat Rhetor condat civitatem. Grammatica usq; ad vocabulorum coniunctionem progrediatur. Dialectica usq; ad argumentationem, Rhetorica usq; ad sermonem, (& quod exactus est) orationem. Hæc ille.

Habes, Quod nomen sit Arti, Quæ partes, Quo à Grammatica ac Rhetorica differat. Ex quibus omnibus colligere est officium Dialectici, non solum præbere materiã de quocunq; themate disputandi, verum etiam recto ordine ac modo tum discere tum docere, ac de his omnibus iudicium formare, nullis erroribus inuolui, sed ex cunctis orationum Meandris Dialectica regula, tanquam Thesei filio exitum præmonstrante, emergere.

Dialectica

DIALECTICÆ

CA CAESARII PRO HVIVS AR-
tis Tyronibus, in Compendium, Δια-
τῶν ἐρωτημάτων, redacta Autore
Casparo Rodolphi.

DE PRAEDICABILIBVS.



VID EST PRAE DI-
cabile? Est vox quæ de plu-
ribus uniuoce prædicari po-
test, vt Genus, Species, Dif-
ferentia, Proprium, Acci-
dens. Vnde dicitur prædi-
cabile? A prædicãdo. Quia
indicat quæ vox de qua cõmode dici possit, vt
Genus de specie. Quot sunt prædicabilia?
Quinq; Genus scilicet, Species, Differentia,
Propriũ, Accidens. Quid est Genus? Quod
de pluribus & differentibus Specie, in eo quod
quid est, prædicatur: vt animal de homine. Nã
si quæretur, quid est homo? aptè respondetur,
animal. Ergo id quid est prædicatur, quod aptè
respondetur ad quæsitium, Quid quæ diffe-
runt Specie? Quæcunq; sub diuersis continen-
tur Speciebus, vt Alexander & Bucæphalus
equus, & ipsæ quoq; inter se species diuersæ, vt
homo, bos, leo &c.

Quotuplex

Quotuplex est Genus? Duplex. Summum
videlicet seu Generalissimum & Subalternum.

Quod Genus dicitur Summum? Supra quod
non est aliud superueniens genus, vt Substantia.

Quod Genus dicitur Subalternum? Quod
cum sit Genus potest esse Species. Porro quic-
quid continetur inter Genus Summum & Specie-
m infimam Genus Subalternum dici potest.

Ad quid conducit Genus? Præterquã quod
ad diffinitionem conducit plurimum valet etiã
ad copiam & figuras quasdam Rhetoricas, Nũ-
quam enim propriè excusseris quid Generi in-
sit, nisi prius in Species conñcias, vt virtutem
in Liberalitatem, Iustitiam, Prudentiam, For-
titudinem & reliquas virtutes. Atqui his vides
adornari copiam sermonis, Præterea distribu-
tiones Rhetoricas.

S P E C I E S.

Quid est Species? Quæ sub adsignato Ge-
nere ponitur, vt homo, animal respectu viuũ.

Quotuplex est Species? Duplex, Infima seu
Specialissima & Subalterna.

Quæ Species dicitur Infima? Quæ cum sit
Species, Genus esse non potest. Propterea quod
sub se alias Species non habet, sed Individua
tantum, vt homo.

Quæ species dicitur Subalterna? Quæ & Ge-
nus & Species esse potest, ad aliud quidem &
aliud

aliud sumpta. Cuiusmodi sunt omnia ea quæ
 cunq; media sunt inter genus generalissimum
 & Speciem specialissimam, vt sequentes duæ
 declarant figuræ.

FIGVRA SVBSTANTIARVM.

Substantia

Corporea	Corpus	Incorporia
Animatum	Viuum	Inanimatum
Sensibile	Animal	Insensibile
Rationale	Animal rationale	Irrationale
Mortale	Homo	Immortale
Homerus	Plato	Aristotiles

FIGVRA ACCIDENTIVM.

Qualitas

Voluntaria	Affectus	Corporalis
Bonus	Virtus	Malus
Erga alios	Auxiliatis	Erga se
Consilio	Iustitia	Opibus
	Hæc iustitia &c.	

India

INDIVIDVVM.

Quid est Individuū? Qd' de vno solo partia
culari prædicatur, vt Virgilius, hic homo &c.
Vnde dicitur Individuū: Ab in, id est, non,
& diuiduum, quod non sit diuiduum in alia
quæ sub se continet.

DIFFERENTIA.

Quid est Differentia? Quæ de pluribus & diffe-
rentibus Specie vel Numero, in eo qd' quale
quid est prædicatur, vt quærendo, Quale quid
est Homo? aptè respondetur, animal rationa-
le mortale, Ergo in quale qd' prædicatur, per qd'
aptè respondetur, ad quæsitium quale quid.

Quæ differunt Numero? Quæcunq; in nu-
merando, hoc est, dum numerantur, inter se
differunt, vt singuli inter se homines, singuli
equi, & quæcunq; Individua sub vna continen-
tur Specie.

Ad quid conducunt Differentiæ? Ad Diffi-
nitionem, cum scilicet Speciem à Specie cognata
diuidimus, vt Fortitudo & Tēperantia sunt
voces cognatæ: Sed Temperantia est volupta-
tum modus, Fortitudo, aduersorum tollerantia.
Item cum themata à quibusuis cognatis dis-
tinguntur, vt Prodigalitas à Liberalitate. Pro-
digalitas, est immodica profusio: Liberalitas
loco & tempore elargiri.

PROPRIVM.

Quot modis dicitur proprium? Quatuor.
Primo

Primo: Quod soli alicui accidit Speciei, & non
non omni, vt homini medicum esse.

Secundo: Quod omni, sed non soli, vt ho-
mini bipedem esse.

Tertio: Quod soli quidem & omni, sed non
semper, vt homini canescere in senectute.

Quarto: quod soli, omni & semper, hoc est,
naturalem propensionem ad opus significat,
quemadmodum homini posse loqui inest.

Differentia & Vfus Proprii.

Quomodo differunt differentia à Propriis:
Si vsum spectes nihil differunt: Nam vtraque
proprias condiciones Specierum explicant, quibus
illae inter se dissident. Alij partem rei signifi-
ficari Differentia volunt, naturalem vero pro-
pensionem ad opus, Proprio.

ACCIDENS.

Quid est Accidens? Quod adest & abest pre-
ter subiecti corruptionem, vt medicum, album,
nigrum esse.

Quotuplex est Accidens? Duplex, Separabile
& inseparabile.

Quid est Accidens separabile? Quod de subie-
cto negari non potest, vt nigrum esse in coruo.

Ad quid conducunt Accidentia? Quemad-
modum differentia, & Proprium conducunt ad
distinguendas species cognatas, sic Acciden-
tia ad dignoscenda individua: Neque enim inter

B

Xeno

Xenocratem & Aristotelem internosces, nisi ex vtriusq; ingenio discrimina colligas: quia ille hebeti ac tardo, hic autem acuto ingenio fuerit. Ergo hoc postremum Prædicabile magis ad descripiōes pertinet, quibus plerunq; aues herbae, gemmae, & singula inter se interuidua distinguuntur.

V S V S P R A E D I C A B I L I V M.

Ad quid conducunt Prædicabilia: Ut scias quod vocabulum sit minus commune, quod magis commune: Item quæ vox cum qua habeat cognationem. Iam minus cōmunia semper diffiniuntur per magis communia: & voces cognatae solum admittuntur in diffinitionem. Ex Prædicabilibus igitur, voces cognatae sunt, Individuum, Genus, Species, Differentia Proprium. Quia posito vno aliquo istorum, necesse continuo sequi reliqua. Accidens vero nihil cognatiōis cum his habet: significat enim rem aduentitiam.

D E P R A E D I C A M E N T I S veris.

Quid est Prædicamentum: Est terminorum qui secundum nullam complexionem dicuntur natura rerum ordinatio, hoc est communis ordo vocum cognatarum, atq; adeo cognitio rerum ab imo ab summum vsq; cognoscendarum, quid cui & quomodo conueniant, quid a quo & quomodo dissentiat.

Vnde

Vnde dicitur Prædicamentum? A prædicando, quemadmodum prædicabile: quod hinc docemur, quæ voces de quibus necessario prædicentur.

Quæ est utilitas Prædicamentorum? Ut habeas suppellectilem instructam uocum cognatarum, vt si usus ueniat diffiniendi, habeas in promptu, vnde diffinitionem petas.

Quot sunt prædicamenta seu genera primæ? Decem, Substantia, Quæritas, Qualitas, Ad aliqd, Actio, Passio, Situs, Vbi, Quando, Habitus.

Distinguntur ne etiam? Distinguntur ratione, sed non re: omnia enim ad substantiã tanquam ad fundamentum referuntur.

Quomodo distinguntur ratione? In Substantiam & Accidentia.

Quot sunt Prædicamenta substantiæ? Vnum scilicet, Substantia: Reliqua sunt accidentium.

SUBSTANTIA.

Quid est Substantia? Quæ per se subsistit alio neutiquam indigens vt fit, vt homo.


Vnde dicitur Substantia? A substãdo, quod alijs omnibus, hoc est, accidentibus substet.

Quomodo differunt substantiæ ab Accidentibus? Substantiæ non mutantur. Accidentia mutantur, vt color in homine subinde mutatur, cum ipse homo non mutetur interim.

Quæ vocabula sunt congerenda in hunc ordinem? Omnia vocabula Substantiarum.

B a Figura

FIGURA SUBSTANTIARVM.



In hunc ordinem digere & Substantiarum partes, vt manus, pedes, ventrem &c. Ex quibus Diffinitio petitur membris constans, & color Rhetoricus Distributio.

Q V A N T I T A S.

Quid est Quātitas? Est secūidū quā in partes quippiā diuiditur, vel cui cōtingit posse diuidi.

Quot modis pōt res diuidi? Duobus, scilicet secundum magnitudinem, & multitudinem.

Quotuplex est igitur Quantitas? Duplex. Continua & Discreta.

Quid est Quātitas cōtinua? Cuius partes ad eundē terminum cōmunē copulātur, vt partes Lineæ ad punctū superficie i, ad Lineā Corporis, ad superficiē. Temporis deniq; ad Instans.

Quid igitur Linea? Quantitas continua longa, cuius partes copulantur ad punctum.

Quid Superficies? Quantitas Continua longa & lata, cuius partes copulantur ad Lineam.

Quid Corpus? Quantitas continua densa, cuius partes copulantur ad superficiem.

Quid Tempus? Quantitas continua, cuius partes copulantur ad Instans.

Quid est quantitas discreta? Cuius partes ad nullum terminū cōmunem copulantur, sed à se inuicem sunt seiunctæ, vt numerus & Oratio.

Quid est Numerus? Est multitudo collecta ex vnitatibus.

Quid est vnitatis? Principium Numeri.

B Figure

FIGURA SVBSTANTIARVM



FIGVRA QVANTITATVM.

Continua, que constat	[Longo]	} & est	[Linea : ut pes, ulna, & yvici]	
	[Lato]		[Superficies : Triangularis, quadrangularis]	
Quantitas tas.	[Profundo]	}	[Corpus, sphaera, pyramis, &c.]	
	Numerus triplex		[Absolutus]	[Par 94. 32. 16. 8. 4. &c.]
		}	[Impar]	[Incompositus, 3. 5. 7.]
			[Alio respiciens : Aequalis inequalis &c.]	[Compositus, 13. 15. 17]
Discreta	} Oratio in qua spectatur	[Figuratus : sphaericus, circularis, &c.]	[Compositio partium, Dactylica, Spondaica, Iambica &c.]	
		[Canrus & Rhythmus. Hinc Musica har-	[moniae species apud Boethium.]	
		[Versus, Pentameter, Dimeter, Monemeter.]		

Ad quid conducit Prædicamentū quantita-
tis? Ad varias variarum rerum Diffinitiones.
Hinc Mensurarum, Numerorū, Geographiæ,
Topographiæ, Cosmographiæ, Instrumento-
rū, quib9 Astronomi vtunt̃ Rerū Arithmeti-
carū, Scāſionis, Pedis Poetici diffinitio ſumit̃.

Q V A L I T A S.

Quid est qualitas? Secundū quā quales esse
dicimur, vt ſecūdū prudētiā, dicimur prudētes.

Quot ſunt ſpecies q̄litas? Quatuor, $\epsilon\tilde{\xi}\iota\varsigma$ & di-
ſpoſitio, Naturalis potētia & impotētia, Paſſi-
bilis qualitas $\pi\acute{\alpha}\theta\omicron\varsigma$ ſeu paſſio, figura & forma.

Quid est $\epsilon\tilde{\xi}\iota\sigma$? Qualitas difficulter mobilis a
ſubiecto in quo eſt, vt Virtutes & ſcientiæ,

Quid est Diſpoſitio? Qualitas facile mobilis
ab eo in quo eſt vt Sanitas & ægri-
tudo.

Quid est Naturalis Potentia? Secundum
quam quiſpiā non ex eo quod talis eſt dicitur,
ſed talis eſſe poteſt, vt docilis puer dicitur, non
qui iam doctus ſit, ſed aptus doceri.

Quid est Naturalis Impotentia? Cui talis
natura eſt denegata, vt molle, cui naturalis re-
ſiſtendi vis eſt denegata.

Quid est paſſibilis qualitas? Qualitas perma-
nens, quę ſenſui paſſionē aliquā infert, & ſenſū
mouet, vt in melle dulcedo guſtum mouens.

Quid est Paſſio? Qualitas tranſiens, facileq;
mutabilis, ſenſui Paſſionē inferēs, vt Rubor in
facie, Pallor ex metu.

B


4

Figure

FIGVRA QVANTITATIVM



FIGURA QUALITATIVM.



Quid est Figura? Ex continui terminatione
proueniens Qualitas.

Quid est Forma? Ex Numero aut Numeri
Proportione proueniens Qualitas.

Quorsum conducit Prædicamentū qualitas?
Ad progymnasimata Rhetorum, Laudationē
scilicet & vituperationē. Laudatur enim
virtus, vituperatur vitium: Præterea ad con-
firmationem & confutationem, vt in genere
Deliberatiuo, hinc petunt Rhetores naturam
honesti, Confirmationis locum.

AD ALIQUID.

Quæ dicuntur Ad Aliquid? Quæcunq; hoc
ipsum quod sunt, aliorum esse dicuntur, vel
quomodolibet aliter ad aliud, id est, ad Ali-
quid dicuntur quæcunq; ad aliud referuntur,
in Genitiuo casu, vel alio quouis modo, vt do-
minus serui dominus &c.

Quomodo differt à superioribus Prædica-
mentis ad aliquid? Superiora sunt rei sine re-
spectu adceptæ, vt homo, quatenus est homo,
Substantia est, quatenus longus, quantitas.
quatenus bonus, qualitas. Ad aliquid vero
est rei cum respectu adceptæ: vt Homo qua-
tenus est maritus, consul &c. Ad aliquid est.

Quot veniunt spectanda in Prædicamento,
Ad aliquid? Duo. Fundamentum & Terminus.
Fundamentum in Prædicamento Ad ali-
quid, est illud à quo oritur relatio. Terminus,

B S res

res ad quam fit relatio. Nomen partis oritur
in gignente & genitum respicit. Nomen filij
oritur in genito & gignentem respicit.

FIGVRA τῶν πρῶσι,

Relatiua conferun- tur inter se.		Natura, Causa, effectus, Signum euentus &c.
		Ratione. Fasces, magistratus &c. Suprapositione & Suppositione.
		Patronus, cliens, Dominus, seruus Consanguinitate. Frater, soror.
		Matertera, amica.
		Cōiugio. Socrus, nurus, gener, socer.
		Contractu. Locator, conductor. Emptor, venditor.
		Communiter accidentibus. Poëta mendax, cantor, cupiditarius.
		Sexu. Mas, foemina.
		Aetate. Iuuenis, senex &c.
		Cōditiōe. Paup, diues, liber, seruus

Ad quid conducit Prædicamentum ad Ali-
quid? Ad res cognoscendas.

Plurimum enim refert scire, qua ratione quid
fiat. Et profecto qui volet de rebus differere,
oportebit maximè cognitas habere Relationes
& circumstantias.

Posteriora sex Prædicamenta.

A C T I O.

Quia est Actio? Secundum quã in id quod
subicit agere dicimur vt secare, verberare &c.

P. A. S.

PASSIO.

Quid est Passio: Illatio, effectusq; actionis,
vt secari, verberari.

SITVS.

Quid est Situs: Quod Positionē habet quo
quo mō ad alterū, puta ad partes corporis, vel
sic, vel sic, se habētis, vt stare, sedere, recūbere,

VBI.

Quid est vbi: Quæ à loci circūscriptione pce
dit corporis locatio, vt in foro, in templo esse,

QUANDO.

Quid est quando: Quæ ex tempore relin
quitur rerum affectio, vt Præsens, Præteritum,
& Futurum, adolescentia &c.

HABITVS.

Quid est Habitus: Ratio vestiendī corpus,
vt armatum esse.

VSVS EORVM OMNIVM QVAE
de Prædicamentis dicta sunt.

Ad quid cōferunt Prædicamenta: Ad diffi
nitionem, vt prædicamentū Substantiæ, quan
tatis, qualitatis. Ad collationē rerum inter se
vt prædicamentum, Ad aliquid. Ad cogniti
onem rerū naturalium, vt Actio & Passio. Ad
descriptions temporum, vt quando. Ad de
scriptions locorum, vt vbi. Ad Prosopogra
phias, hoc est, descriptiones positus humanorū
corporum, vt Situs, Ad differentias vestituum
vt Habitus.

vt habitus. Proinde expedit habere hos ordines instructissimos, vt ad hoc velut ad penam recurras, sicubi vox aliqua diffinienda incidit.

DE PROPOSITIONE.

Quot sunt partes orationis Dialecticæ? Duæ. Nomen & Verbum. Signum enim nota Nominis est & verbi. Quid est Nomen? Est vox significatiua, secundum placitum, sine tempore, cuius nulla pars significatiua est separata, finitum aliquid designans, & casus recti. Quid est Verbum? Vox significatiua, secundum placitum, cum tempore, cuius nulla pars significatiua est separata, finitum aliquid designans & casus recti.

Quæ dicuntur finita? Quibus nulla negatio adiecta est, vt homo, animal &c.

Quæ dicuntur Infinita? Quæ negationem habent additam, vt non homo, non animal &c.

Quid est Oratio? Vox significatiua, secundum placitum, cuius partes extra aliquid significant & separatae.

Quid est Propositio? Oratio, verum vel falsum certo significans, vt Omnis homo peccat.

Quot sunt partes propositionis? Duæ. Subiectum & Prædicatum.

Quid est Subiectum? De quo aliquid prædicatur.

Quid est Prædicatum? Quod dicitur de Subiecto vt in prædicta oratione, Omnis homo peccat, homo est subiectum, peccat prædicatum.

Quos

Quomodo diuiditur Propositio secundum
Substantiã: In Categoriã & Hypotheticã.

Quid est Propositio Categoriã: Quæ duobus terminis perficitur, hoc est Subiecto & Prædicato, vt homo est animal.

Quid est Propositio Hypotheticã: Quæ constat duabus aut pluribus Categoriã, ut Si homo est, animal est.

Quomodo diuiditur Propositio secundum qualitatem: In Affirmatiuã, & Negatiuã.

Quæ est affirmatiuã: In qua Prædicatũ affirmatur de Subiecto, vt Cicero est Orator.

Quæ est Negatiuã: In qua Prædicatũ negatur de Subiecto, vt Cicero non est Orator.

Quomodo diuiditur Propositio secundum quantitatem: In vniuersalem, particularem, Indefinitum, & Singularem.

Quid est vniuersalis: In qua subijciuntur termini cõmunis, signo vniuersali determinatus, vt omnis homo sapiens est, nullus homo sapiens est.

Quid particularis: In qua subijciuntur termini cõis signo particulari determinatus, vt quidã homo sapiens est, quidã homo sapiens non est.

Quid indefinita: Cuius subiectus terminus absq; vlllo signo sumitur, vt homo sapiens est, homo sapiens non est.

Quid singularis: In qua subijciuntur termini singularis aut cõmunis singulariter adceptus vt Socrates, vel hic homo est sapiens.

Canon

Canones.

Propositiones Indefinitæ nunc Vniuersales, nunc Particulares sunt, vt tulerit Prædicatum necessarium vel contingens.

Signa vniuersalia, faciunt vniuersalem. Particularia, Particularem Propositionem.

DE OPPOSITIONE.

Quid est oppositio? Est duarum propositionum Categoricarum repugnantia quædam, vel qualitate tantum, vel quantitate tantum, vel qualitate & quantitate simul.

Cautio.

Diligenter videndum est in oppositionibus, ne qua incidat vocum ambiguitas Sicut enim nō pugnant diuersæ orationes inter se, ita nec ea quæ variant ambiguitate vocis, vt Fides iustificat, Fides non iustificat. Quotuplex est Oppositio? Triplex. Contraria, Subcontraria, & Contradictoria.

Quid Contraria Oppositio? Repugnantia Vniuersalem in qualitate tantum, vt Omne honestum vtile, nullum honestum vtile.

Quid Subcontraria? Repugnantia particularium in qualitate tantum, vt quoddam honestum vtile, quoddam honestum non vtile.

Quid Contradictoria? Repugnantia vniuersalium & particularium, in qualitate & quantitate simul, vt omne honestum vtile, quoddam honestum non est vtile.

Figura

P I E V R A .

Omne hone-
stum utile.

Cōtrariæ.

Nullum hone-
stum utile.

Contradi

Contradi

Contradi

Contradi

Quoddam hone-
stum utile

Subcon-
trariæ

Quoddam hone-
stū non utile

DE MATERIA Propositionum.

Quid est Materia Propositionū? Subiectum
& Prædicatum. Quotuplex est Materia Pro-
positionum? Triplex, Naturalis, Contingens,
& Remota.

Quæ dicitur Naturalis Materia? Quæ sem-
per est vera, hoc est in qua finitio iungitur cum
finito, aut finitionis parte, vbi Genus aut Diffe-
rentia prædicatur de Specie, aut Proprium de
Subiecto, vt homo est animal, homo est ratio-
nalis, homo potest loqui. Hæc alio nomine
Necessaria dicitur.

Quæ contingens? Quæ aliquando falsa esse
potest, hoc est, in qua de Substantiis Acciden-
tia dicuntur, vt homo est iustus, Hæc alias pro-
babilis seu verisimilis dicitur.

Quæ Remota: Quæ semper falsa est, neque fieri potest vnquam vt vera sit, vt homo est lapis. Hæc aliàs impossibilis dicitur.

Ad quid conducit materia propositionum? Ad dñudicādos tū status disceptationum, tum argumenta. Plurimum enim retuleri tscire, quæ necessaria quæ cōtingētia, quæ impossibilia sint
Canones.

Quæ est lex & natura contrariorum? Quod Contrariæ contingentes possunt ambæ esse falsæ, vt omnis homo est officiosus, nullus homo est officiosus. Contrariæ vero necessariae & impossibiles nunquam possunt ambæ simul veræ aut falsæ esse, vt omnis homo est animal, nullus homo est animal.

Quæ est lex & natura subcontrariorū? Quod subcontrariæ cōtingentes possunt ambæ esse veræ, vt quidam homo est officiosus, quidam homo non est officiosus. Necessariæ vero & impossibiles non possunt, vt quidam homo est animal, quidam homo non est animal.

Quæ est lex & natura contradictoriarum? Quod contradictoriæ, siue possibiles, siue impossibiles, siue necessariae nunquā possunt ambæ vel veræ vel falsæ simul esse, vt omnis homo est officiosus, quidam homo non est officiosus. Est igitur perpetua & immota contradicentiū lex, vt de omni re necesse sit, vere alterum contradicentium dici, vtraq; de nulla.

Quorū

Quorsum conducit pugnancia propositionum? Ad confirmandum & confutandum, ut sciam, quid cui & quomodo pugnet, aut non pugnet. Item ad omnia argumenta quæ ducuntur à contrario maxime in statu coniecturali, in hunc modum, In foro est, ergo non rursum. Id illo tempore factum est, ergo non hoc. Præterea Rhetores petunt ex oppositione Inuersionem & Enthymema à Contrario.

DE EQUIPOLENTIIS.

Quid est Aequipolentia? Est Propositionum inter se cōcordia & æquiualentia seu æquipolentia iuxta negationem præpositam tantum, uel postpositam tantum, uel præpositam & postpositam simul. Porro quam vim negationes habeant, è Grammaticis petendum esse putamus, propterea huic loco diutius immorari nolumus.

DE CONVERSIONE.

Propositionum.

Quid est Conuersio? Quoties Propositionis Subiectus terminus, in Prædicatum, & Prædicatus in Subiectum conuertitur.

Quotuplex est conuersio? Triplex. Simplex per Accidens & per Contrapositionem.

Quid est Conuersio simplex? Qua h̄isdem signis trāsferuntur & subiecta & prædicata, hoc modo conuertuntur Vniuersalis negatiua &

C partj

particularis affirmatiua in hunc modum, Nul-
lum iustum est malum, apte vertes, Nullum
malum est iustum, &c.

Quid est Conuersio per Accidens? Qua mu-
tantur signa, & Subiectum & prædicatū. Quo-
modo vertuntur. Pronunciata vniuersalia af-
firmatiua, vt si omne iustum est bonum, quod-
dam bonum est iustum.

Quare dicitur per Accidens? Quia secundæ
Propositioni quæ conuersa dicitur, accidit noua
quantitas.

*Fluius con-
uersionis
meminit
Cicc. li. i.
Inuentiois.* Quid est Conuersio per Contrapositionem?
Quando ex subiecto fit prædicatum, & ex præ-
dicato subiectum, manente eadem qualitate &
quantitate, sed conuersæ propositioni interpos-
itis negationibus, in hunc modum, Omnis ho-
mo est animal, ergo quodcūq; animal non est,
nec homo erit, Item omnis voluptas est expe-
tenda, ergo quodcūq; non expetitur, non po-
test esse voluptas.

V S V S.

Ad quid conducit Conuersio? Principio ad
naturam signorum vniuersalium affirmatiuo-
rum & negatiuorum, vt vis negationis vniuers-
alis diffunditur in omnes partes pronunciati,
affirmandi signum non item. Deinde ad de-
monstrationem Syllogismorum, id quod infra
de Reductionibus patebit.

DE PROPOSITIONE Hypothetica.
Quid

Quid est propositio Hypothetica? Quæ plu-
res habet Categoricalas, coniunctione omnino
aliqua, aut equiualeute composita, vt si iusti-
tia est, species honesti est.

Vnde dicitur Hypothetica: ἀπὸ τοῦ ὑποθε- Bude. in
sis, quod præter reliqua significata, habet vim *Commens.*
conditionis, imo causæ. Est ergo Hypothetica
propositio Conditionalis propositio.

Quot sunt species propositiõis Hypotheticæ?
Tres. Cõditionalis, Disiunctiua & Copulatiua.

Vnde perspicitur qualitas harũ specierum:
Ex negatione præposita vel interposita.

Quomodo? Si propositionis Hypotheticæ
copula principalis non negatur, etiamsi inter
partes ipsas nonnunquã ponatur negatio, eadẽ
affirmatiua erit, vt si homo est, animal est.

Quæcunq; autem Hypothetica negandi ad-
uerbium, conditionis particulæ habet præposi-
tum: negatiua dicenda est, vt non si homo est,
animal est.

Quid appellas principalem copulam? Quæ
partes simul iungit & certã Hypotheticæ pro-
positionis speciẽ cõstituit, cuiusmodi sunt con-
iunctiones, Copulatiuæ, Disiunctiuæ, Cõditio-
nales & aliæ orationis partes, illis æquiualeutes.

Quæ propositio Hypothetica dicitur Cõdi- *Ludouicus*
tionalis? Quæ ex duabus constat Categoricalis, *Viues, lib.*
si coniunctione simul iunctis, vt si iustitia est, *de Censura*
honesti species est. *ueri.*

Vnde perspicitur veritas & falsitas Condi-
tionalis affirmatiuæ: Ex opposito consequētis

Quid dicis consequens, Quid antecedens?

Quando quidem omnis Hypothesica proposi-
tio, duabus partibus cōstat, priorem ergo, quæ

proxime cum, si præponitur. Antecedens di-
co: eam vero partem quæ priorem illam sequi-

tur, Consequens, vt in illa, Si Iustitia est, hone-
sti species est. Iustitia est, Antecedens dicitur

honesti species, Consequens.

Quomodo igitur ex opposito cōsequentis?
Si oppositum consequentis, Antecedenti repu-

gnat, vera est Conditionalis affirmatiua: falsa
autem, si non repugnat: vt si iustitia est, hone-

sti species est, vera si homo est, album est, falsa.

Vnde perspicitur veritas & falsitas Condi-
tionalis negatiuæ: Ex opposito consequentis

quemadmodum conditionalis affirmatiuæ, res-
mota negatione, id quod est in Copulatiua &

Disiunctiua, cum negatiuæ sunt, ita quoq; eue-
nire certum est. Itaq; vera est hæc negatiua,

Non si homo est, quadrupes est: quia eius af-
firmatiua est falsa.

V S V S.

Quorsum conducit hoc Præceptum? Ad
omnes quas Iuniores Consequentias: Cicero,

Simplices conclusiones: Græci, Enthymema-
ta adpellāt, examinandas: rectè ne consequā-

tur, an non.

Quæ

Quæ Hypotetica dicitur Copulatiua: Quæ
ex duabus pluribusue Categoricalibus constat, co-
pulatiua coniunctione, aut æquiualeute aliquo
simul iunctus, vt, & Socrates ambulat, & Plato
disputat.

DE PROPOSITIONE modali.

Quid est Propositio modalis: Temperata
Propositio seu affecta modo quodam, hoc est,
nomine adiectiuo seu aduerbio, vt hominem
pro Patria mori, est decorum.

Quid igitur est modus: Nomen adiectiuum
vel dictio adiectiua, quæ rem quampiam deter-
minat, & explanat: cuiusmodi sunt, Possibile,
impossibile, cõtingens, rectum, verum, falsum,
æquum, iniquum, facile, difficile, certum, incer-
tum, consuetum, incõsuetum, vtile, inutile, de-
corum, indecorum: & si qua alia sunt huiusmo-
di nomina adiectiua seu modi.

DE ARGUMENTATIONE.

Quid est Argumētatio: Est argumenti, per
orationem explicatio.

Quid est Argumentum: Est vis illa, item
sententia & ratio quæ oratione clauditur, cum
aliquid probatur ambiguum.

Quot sunt argumentorum Species: Quæ
tuor, Syllogismus, Enthymema, Inductio &
Exemplum.

Quid est Syllogismus: Est oratio in qua qui

C 3

busdam

busdam positis, aliud quiddam ab his quæ posita sunt, ex necessitate accidit, eo quod hæc sunt:

Unde dicitur Syllogismus: ἀπὸ τοῦ συλλογισμοῦ ἕκαστος, Quod significat ex assumptione Propositionū, quasi calculis subductis, summā argumentorū efficere. Quotuplex est Syllogismus? Duplex. Categoricalus & Hypotheticus.

Quid Syllogismus Categoricalus? Cuius utraq; sumptarum propositionum, pariter & Conclusio Categoricala est.

Quid Hypotheticus? Cuius vel altera tantum, vel conclusio Hypothetica est.

Quotuplex Categoricalus Syllogismus? Duplex. Communis & Expositorius, de quo infra agetur.

Quid igitur Communis? Cuius medium est terminus communis.

Quotuplex Syllogismus Categoricalus Communis? Duplex. Perfectus & imperfectus.

Quid Perfectus? Qui nullius alterius indiget ad hoc ut adpareat necessarius.

Quid Imperfectus? Qui indiget unius, aut plurium ad hoc ut adpareat necessarius.

DE SYLLOGISMO CATEGORICO COMMUNI.

Quot requiruntur propositiones ad Syllogismum? Tres. Quarum prima dicitur Maior, Græce κεινόμενον, Secunda Minor, Græce ἄτιμον, Tercia

op: Tertia Conclusio siue Complexio.

Quot requirunt termini seu vocabula ad Syllogismum: Tria. Maior extremitas, Minor extremitas, & Medium.

Quenam propositio dicitur Maior? In qua ponitur maior extremitas.

Quare dicitur Maior? Quia ex illa, ut inquit Cicero, emanat vis totius Ratiocinationis, est, que veluti locus communis & thesis quaedam, id est, generalis sententia, A qua Fabius argumentationis initium esse vult ut omnes artes exercitatione discuntur.

Quenam propositio dicitur Minor? In qua ponitur Minor extremitas.

Quare dicitur Minor? Quia minus habet virium quam prima, Nempe ad commodationem eius quod in prima propositum est, ut Dialectica est ars.

Quenam propositio dicitur Conclusio? In qua Maior extremitas predicatur de Minori, ut Dialectica est ars, igitur exercitatione discitur.

Quid est Maior extremitas? Terminus, qui in Maiori propositione tantum ponitur, siue predicatum Conclusionis, ut in superiori Syllogismo verbum discuntur.

Quid est Minor extremitas? Terminus, qui in Minori propositione tantum ponitur, siue Subiectum Conclusionis, ut Dialectica.

Quid est Medium? Terminus his sumptus

C

4

in du

in duabus propositionibus præmissis, sic adpel-
latum, Quia hoc vocabulo maior & minor ex-
tremitates conueniunt. Cuiusmodi est in dicto
Syllogismo ars.

Quomodo inuenitur medium probandi ve-
ritatem vel falsitatem rei propositæ: Per locos
Dialecticos.

Quid est locus Dialecticus: Est quasi signum
quoddam, quo monemur vnde petamus cau-
sam siue medium, siue argumentum differendi

EXEMPLVM.

Proba per genus, Dialecticam exercitatio-
ne disci, inquires, quia ars: Est autem ars genus
ad Dialecticam, vnde desumpta ratio est, cur
exercitatione disci, de Dialectica dicatur. Sed
hæc ad materiam, non ad formam pertinent,
de qua in locis dicetur.

RATIO CONTEXENDI

Syllogismos.

Quomodo est animi cogitatio conferenda
circa constitutionem Syllogismi: Principio co-
gitandum de Conclusionem, deinde de causa
Conclusionis, quæ Maiorem constituit. Postre-
mo de adplicanda causa ad Subiectum Con-
clusionis, quod Minorem conficit, in hunc mo-
dum. Omnis homo est animal, Cicero est ho-
mo, ergo Cicero est animal.

Ergo fundamentum seu principalis cuiusq[ue]
argumenti pars est subiectum, hoc est, primum

voca

vocabulum thematis, vt Fides est fundamen-
tum Iustitiæ: Principalis vox totius argumēti
est Fides, deq; ea fundamentū Iustitiæ dicitur.

REGVLAE GENERALES.

de Syllogismo.

Quot sunt Regulæ, ad quas ceu ad amussim
seu normam omnis Syllogismus venit exigen-
dus? Quinq;. Prima. In omni Syllogismo, Ma-
ior debet esse vniuersalis. Est em̄ Syllogismus
argumentatio ab vniuersalibus ad singularia.

Secunda: Si altera Propositio fuerit parti-
cularis aut negatiua, sequitur Conclusio parti-
cularis aut negatiua.

Tertia: In Syllogismo propositiones ambæ
nunquam possunt esse neq; negatiuæ neq; par-
ticulares, sicut enim ex puris negatiuis nihil se-
quitur, sic ex puris particularibus nihil sequit̄.

Quarta: Medium nunquam debet ingredi
Conclusionem.

Quinta: In Syllogismo non sint termini am-
phiboli.

DE QVAESTIONIBVS.

Sciendum hoc loco, q̄ omnis quæstio pro-
posita aut est vniuersalis, vt an omnis fides sit
fundamentum iustitiæ, aut particularis, vt an
aliqua fides sit fundamentum iustitiæ, aut affir-
matiua, aut negatiua.

Porro si quæstio fuerit vniuersalis, tunc nul-
la Propositionum poterit esse particularis, si

C S quæstio

quæstio fuerit affirmatiua, tunc nulla proposi-
tionum poterit esse negatiua.

Primum ergo inspicere quantitatem proposi-
tionis quæsitæ, deinde, qualitatem, sub hæc vide
ad quam figuram te conferas.

In prima insuper figura, omnes quæstiones
reperies. In secunda, quæstionem vniuersalem
& particularem, sed negatiuam tantum. In ter-
tia, particularem tantum, affirmatiuam scilicet
& negatiuam.

DE MODO ET FIGURA.

Quot requiruntur ad compositionem Syll-
gismi? Duo. Figura & Modus.

Quid est figura? Est legitima dispositio Me-
dij in duabus propositionibus, ita vt aptè sub-
ijciatur & prædicetur.

Quid est Modus? Est legitima dispositio præ-
missarum in debita qualitate & quantitate.

Quot sunt Modi primæ figuræ? Quatuor.
Barbara scilicet, Celarent, Darij, Ferio.

Quot secundæ figuræ? Similiter quatuor.
Cæsare, Camestres, Festino, Baraco.

Quot tertiæ? Sex. Darapti, Felapton, Disa-
mis, Datisi, Bocardo, Ferison.

Ex quibus omnibus priores quatuor figuræ
Syllogismos constituunt perfectos, Reliqui im-
perfectos.

Quid indicant vocales passim omnibus mo-
dis interpositæ? A, significat vniuersalem affir-

ma

matiuam. E vniuersalem negatiuam. I parti-
cularē, affirmatiuā. O particularem negatiuā.

Quid indicāt Consonantes. B. C. D. F. lite-
ræ capitales, & minuscule C m p s, omnibus
alijs à prioribus, & primæ figure modis admi-
xtæ: B, significat reduci ad Barbara. C, ad Ce-
larent D, ad Darij F, ad Ferio c Quod non est
principiū dictionis ad impossibile duci: m, trā-
spositionem præmissarum. S, simpliciter verti
P. vero per accidens.

Quot sunt Figure Syllogismorum? Tres.

Quæ dicitur Prima? In qua mediū subijcitur
in prima, & prædicatur in secunda, hoc modo.

*secunda vero
primam
in
ipsam*

Bar Omne maleficium est puniendum
ba Omne furtum est maleficium
ra Omne furtum est puniendum.

Ce Nullum violentum perpetuum
la Omne regnum violentum
rent Nullum regnum perpetuum.

Da Quicquid meretur gratiā Dei iustificat
ri Fides meretur gratiam Dei
i Fides iustificat.

Fe Nemo fortis res humanas admiratur
ri Pom. Atticus est fortis
● Pom. Atticus res hūanas nō admiratur
Secunda

SECUNDA FIGURA.

Quid est secunda figura? In qua mediū prædicatur in vtrisque, in hunc modum.

Cæs Nemo iustus aliena occupat
a Omnis auarus aliena occupat
re Nemo auarus est iustus.

Ca Omnis auarus est meticulosus
mes Nemo sapiens est meticulosus
tres Nemo sapiens est auarus.

Fes Nullus Christianus est fœnerator
ti Iudæi sunt fœneratores
no Iudæi non sunt Christiani.

Ba Qui ex Deo sunt verba Dei audiunt
ro Iudæi verba Dei non audiunt
co Iudæi non sunt ex Deo.

TERTIA FIGURA.

Quid est tertia figura? In qua mediū subijcitur in vtrisque hoc modo.

Da Omnis suauiloquentia exercitatione paratur.
ra Omnis suauiloquentia in contentionibus vincit
pti Res quædam vicens in contentionibus exercitatione paratur.

Da

Secunda bis dicitur, tertia bis prædicatur.

Da Omnis voluptas delectat
tis Quædam voluptates sunt perniciose
i Quædam res perniciosæ delectant.

Fe Nullum periculū propriū est fugiendū
lap. Omne periculum est graue
ton Res quædam grauis non est fugienda.

Bo Non omnis qui dicit domine domine
potietur regno Dei
cat Omnis autem qui dicit domine domine
est Christianus
do Non omnis Christianus potietur regno
Dei.

Dis Quædam leges arma prohibent;
a Omnes leges sunt à Deo
mis Deus arma prohibet.

Fe Nemo vitijs obnoxius est liber
ris Sunt quidam vitijs obnoxij etiam po-
tentissimi reges.
on Quidam reges non sunt Liberi.

DE REDUCTIONE.

Quot sunt Instrumenta, quibus imperfecti
Syllogismi ad perfectos reduci possunt? Tria.
Conuersio, præmissarum transpositio, & Syll-
logismus ad impossibile ducens.

Quando transponuntur præmissæ? Quana-
do ambæ locum mutant, ita vt ex maiore mi-
nor,

nor, & ex minore vicissim maior fiat, vt est vide-
dere in modis Camestres & Disamis.

Quid est Reductio per Impossibile? Quando
ex opposito Contradictorio conclusionis cum
altera præmissarum, infertur oppositum alterius
præmissæ iuxta hos versiculos. Seruat maio-
rem, variatq; secunda minorem. Tertia maio-
rem variat, seruatq; minorem, vt est videre in
modis Baroco & Bocardo.

V S V S.

Ad quid conducit Reductio? Ad euidenti-
am Syllogismorum qui fiunt iuxta secundam
ac tertiam figuram. Quorum dispositio, quia
paulo durior esse videtur, probari potest (vt in-
quit Aristoteles) si illigentur modis primæ fi-
guræ, præsertim Reductio per impossibile, ad
demonstrationem Syllogismi & cuiuscunq; cō-
secutionis pertinet. Nulla enim, vt inquit Vi-
ues, certior est cotricula quàm contradictorium
conclusiones repugnare vel toti rationi, vel
cum vna parte eius repugnare alteri, & rem de-
duci ad concessionem duarum cōtradictoria-
rum. Qua examinatione nulla est euidenti-
or in natura.

DE SYLLOGISMO

Expositorio.

Quid Syllogismus Expositorius, supra ex-
positum est: nūc vnde dicatur, & quis sit huius
vsius, Quare ergo dicitur Expositorius? Quia

per ipsum quasi expositio designatioq; fiat p^o
positionum ad demonstrationem sumpturum.

V S V S.

Quorsum conducit Syllogismus. Exposito-
rius Principio utilis, si quando ex singularib⁹
propositionibus, colligenda est aliqua commu-
nis, vt cum ita argumentamur, Iste liberatus
est à Febris. Iste vltus est aduersus Febres
Glycirrhiza, ergo vtens Glycirrhiza liberatur
à Febris. Deinde cōmunes p^opositiones ex-
ponit, vt si quis proposita cōmuni p^opositione
dubitatur, vtrum cunctatio sit utilis Reipublicæ
hoc pacto probabit. Fabius Maxim. seruauit
remp. Rom. Fabius Maximus fuit Cunctator,
ergo Cunctatio seruat Remp^opublicam.

DE ENTHYMEMATE.

Quid est Enthymema? Est ex icotibus & si-
gnis Syllogismus perfectus.

Vnde dicit Enthymema: ἀπό τοῦ ἐνθυμῆσαι
quod considerare significat, deliberare cogi-
tare. Porro, q^a breuitatis gratia excogitata est
hæc argumērandi forma, nihil autem celerius
sit cogitatioe, p^opterea rectè cogitatio dicta est.

Quæ sunt εἰκότα? Argumenta consentanea.

Quid consentaneum? Quod plerunq; fieri
solet, vt homines odisse inuidentes, & diligere
amantes.

Quid signum? Quod cadit sub sensum hu-
manū, ex quo humana mens aliquid colligit.

Quotus

Quotuplicia sunt signa: Duplicia, Necessaria quæ Græci τεκμήρια dicunt, vt peperit non est igitur virgo.

Probabilia, quæ Græci σημεῖα dicunt, vt Vlysses cum gladio cruento visus est iuxta cadaver Aiacis, igitur interfecit.

Quo differunt εἰκότα à signis? Quod signa aut sunt cum re, vt lac habet, igitur grauida est aut antecedunt rem, vt Clodius insidiatus est Miloni, igitur occidit. Aut sequitur rem, vt fugit, igitur occidit.

εἶκος, vero quod plurimum sic fieri soleat, aut non fieri, esse aut non esse, vt matrem diligere sobolem.

Quot sunt partes Enthymematis? Duæ, Antecedens & consequens, prior quidem & antecedens, posterior consequens, ipsa vero connexio, Consequentia dicitur.

Canones.

Si prædicatum antecedentis & cōsequentis idē est, deest minor, vt integer fiat Syllogismus.

Si Subiectū Antecedētis & Cōsequentis idē est, deest maior, vt fiat integer Syllogismus.

VSVS ENTHYMEMATIS.

Vtra argumentandi forma crebrius vtuntur Oratores, Syllogismo ne, an Enthymemate, Enthymemate. Quod Oratores se magis communi sermone accommodant, qui Enthymemate exprimitur,

Quæ

Quæ nam pars integri Syllogismi potissimum
in Enthymemate omittitur ab oratoribus? Quæ
ex se adeo facilis est, & cuius obuia, vt forde-
ret si explicaretur, & generaret fastidium, tan-
quam diffideret auditori qui dicit.

DE INDUCTIONE.

Quid est Inductio? Est oratio per quã à sin-
gularibus ad vniuersalia progredimur, vt quod
Pompeius habeat in se omnia in bono Impera-
toris requirenda, probatur hac Inductiõe, Pom-
peius habet in se virtutem, scientiã rei milita-
ris, authoritatem, foelicitatẽ: habet igitur om-
nia in bono Imperatore requirenda.

Canones.

In Inductionibus præstandum est, vt aut om-
nes partes connumerentur, aut vt nihil diuer-
sum adpareat. In primis igitur necessum est, vt
habeamus perlustratam naturam singularium
nam qui singularium (vt monet Aristo,) igno-
rat similitudinem, is non facillẽ inducet.

Vbi habet locum inductio? In captionibus.
Cum enim singularium rerũ interrogatiuncule
proponuntur, minus adparet fraus, quæ profert
id (vt inquit Viues) velut acie explicata, minusq;
circumspicit is, qui respondet, quid sequatur ad
posita sibi ac concessa, & quid repugnet.

V S V S.

Ad quid conducit Inductio? Ad omnẽ hu-
manam cognitionem quæ nascitur ab experi-
entia

D

entia

entia. Est autem experientia nihil aliud quam
singularium effectuum collatio ex qua com-
munis formula statuitur.

DE EXEMPO.

Quid est exemplum? Quoties vnum parti-
culare per aliud probatur, propter simile, quod
in vtroque conspicitur, vt propositio est apud Ci-
ceronem in Offi. Fidem hostibus seruandam,
Quam propositionem, statim subiecto exem-
plo confirmat in hunc modum. Si M. Attilius
regulus vitam amittere, quam a fide discedere
maluit, ergo fides hostibus seruanda.

Quid venit obseruandum circa exemplum?
Ne aliqua dissimilitudo subsit. Nam vt similitudo
est in exemplis causa consequentiae. Ita dissimi-
litudinis facit, vt Consequens cum antecedente cohe-
re nequeat.

Ad quid valet Exemplum? Ad persuaden-
dum non repugnantem, atque ei qui vltro sequitur
valet haec probandi via, vt quae docet & osten-
dit magis quam cogit.

DE ALIIS QVIBVSDAM ARGV-
gumentandi formis, & principio

De coaceruatione.

Quid est coaceruatio? Est praedicatum praedicati
subiecto addere, vt homo est animal, animal est
corpus animatum, ergo homo est corpus animatum

Potest ne Coaceruatio redigi in formam Syl-
logismi? Potest, Adcipiendo secundam partem
pro

pro subiecto in hunc modum, omne animal est
corpus animatum, omnis homo est animal, ergo
omnis homo est corpus animatum.

Vbi valet hæc argumentandi forma: in ne-
cessarijs, & contingentibus non item, hoc est,
in quolibet ordine prædicamentario, vbi supe-
riora de inferioribus sui ordinis dicuntur.

DE DILEMMATE.

Quid est Dilemma: In qua vtrum concesseris
reprehenditur, hoc argumentandi genere
vtitur Creusa Aeneæ cõiunx, Aeneid. lib. ij.

Si periturus abis, & nos rape in omnia tecum:
Sialiquã expertus sumptis spẽ sumis in armis.
Hanc primum tutare domum, cui parvus Iulus
Cui pater, & cõiunx, quõdã tua dicta, relinquo

V S V S.

Ad quid valet hæc argumētandi forma: Ad
perturbandũ, cum animus velut indagine vn-
diq; circũseptus, nõ statim prospicit exitum.

DE SYLLOGISMO Hypothetico.

Quid est Syllogismus hypotheticus? Cuius
maior propositio & argumentũ & quæstionem
continet, ita vt adsumpto argumento in mino-
ri certa inferatur conclusio, vt si Rhetorica be-
ne dicēdi sciētia est, utilis est: sed Rhetorica est
bene dicēdi sciētia, igitur Rhetorica est utilis.

Ex quibus cõstat Syllogismus hypotheticus
Ex iisdem quibus Categoricalis, vnde robur suũ
adcipit, hoc est, maiori minori & conclusione.

D 2

Præ

Præscribuntur ne etiam modi de Syllogismo Hypothetico: Præscribuntur. Sed hoc loco nõ sunt aliud nisi formæ quædam, & quasi præscriptæ leges ipsorum Syllogismorum, cuiusmodi sunt.

1 A positione antecedentis ad positionem consequentis rectè pcedit argumentum, vt si homo est, animal est atqui homo est, igitur & animal.

2 A destructione consequentis ad destructionem antecedentis valet consequentia, vt si homo est, animal est, atqui animal non est, igitur homo.

In repugnantibus posito antecedente, vt cõsequens tollatur rectè argumentamur, vt non si dies est nox est, atqui dies est, non est igitur nox, sed de his & similibus modis vide copiosissimè disputantem Boethium de Syllogismo Hypothetico.

DE FINITIONE.

Quid est Finitio? Est oratio vt inquit Aristoteles, quæ quid est esse significat, hoc est, oratio explicans quæ sit naturæ rei essentiatiue.

Quibus constat plena ac perfecta Finitio? Genere & differentia, vt homo est animal rationale.

Quo differt à descriptione? Quo opaca pictura à perfecta: Opacæ picturæ imaginem descriptio: Plenæ ac perfectæ faciem finitio gerit.

Quæ nam est finiendi lex? Vt diffinitio cõuenias

veniat omnibus à diffinito, & contra diffinitū
omnibus à diffinitione? Deinde vt quid sit res,
hoc est substantiam eius explicet: Præterea vt
aperta sit, hoc est, neq; ambiguus nominibus
neq; obscuris, aut ex longinquo translatis con-
stet. Finiamus exempli loco vocabulum Ciui-
tatis? Quid igitur Ciuitas? Multitudo. Valet
ne diffinitio? Non valet. Quia plura comple-
ctitur quàm finitum, si enim vaga sit illa mul-
tudo palam est non esse Ciuitatem. Adstrin-
ge igitur arctius? Ciuitas est multitudo colle-
cta, valebit ne iam? minimè, si enim decem aut
centum fuerint, non erit Ciuitas. Iterum astrin-
ge arctius? Ciuitas est multitudo collecta ad sta-
tum rerum suarum tuendum per se sufficiens.
Est ne iam completa diffinitio? Non est vt sint
enim quantumuis multi, sed dissideant animis,
non consulant in commune, non vitæ genere
conueniant, non video cur Ciuitas dicatur,
Adijce ergo postremam clauulam, quæ con-
sensu legum, vitæq; sit coniuncta, & collige
capite omnia, videbis completā diffinitionē:
Ciuitas est multitudo collecta, ad statum rerū
suarum tuendum per se sufficiens, consensu le-
gum, vitæq; coniuncta.

Quot sunt finiendi species, tam philosophis
quàm oratoribus nec non & poëtis cōmunes?
Quindecim, referente Boethio.

ὁυσίωδ' ἄγ' id est, Substantialis, quæ cōstat vo-
cabn-

D 3

cabn-

cabulis de eodem ordine prædicamentario naturam rei explicans, ut homo est substantia corporea animata sensitiva rationalis. Hæc unice dicitur definitio: Reliquæ magis nominis honore.

2 *ἐννοηματική*, id est, notialis, quæ rem non per substantiam, sed per actum potius explicat, ut homo est, quod rationali conceptione & exercitio cunctis præest animantibus.

3 *ποιοτική*, à qualitate nomen habens, Quæ quale quippiam sit ostendit potius, quàm quid sit, ut homo est qui ingenio valet, artibus pollet, bonum & ac malum discernit.

4 *ὑπογραφική*, id est, Descriptiva, ea est, ut inquit Rodolphus, quæ rem verbosius exprimit, nec in id adhibetur, ut quid sit res indicet, sed qualis sit, velut inspiciendam ante oculos ponat, ut luxuriosus est qui victus non necessarij, sed sumptuosi appetens est, delicijs affluens, & ad libidinem pronior.

5 *κατὰ λέξιν*, Ad verbum, ut locus est sedes argumenti *ἄνθρωπος* est homo.

6 *κατὰ διαφοράν*, id est, per differentiam, sic odium ab ira differt, Quod ira brevis est, odiū inueteratum.

7 *κατὰ μεταφοράν*, id est, per translationē, ut Caput arx corporis, Adolescencia flos ætatis.

8 *κατὰ ἀφ᾿ ἄλλου τοῦ ἐναντίου* .i. per ablationem contrarij, ut Horatius, Virtus est vitium fugere,

fugere, sapientia prima stultitia caruisse.

κατὰ ὑπωτύπωσιν, id est, p̄ suffigurationem

hoc est, quādo aliquā personā luculenter descri- 9
bimus eam vel laudantes, vel vituperantes, vt
Achilles est vir acris, inexorabilis, Regibus in-
sensus, liber ac simplex, pedibus velox.

ὡς τύπος, hoc est, exēpli gratia, vt substan- 10
tia est, vt homo. Itē differētia est, vt Rationale.

κατὰ ἐνδ' ἑμ πληροῦς ἐκ τῶ ὁμογενοῦς, id est 11
per indigentiam pleni ex eodem genere. Vt
quadrans est cui dodrans deest vt sit as.

κατὰ ἔπαινον, id est per laudem, vt Diale- 12
ctica est ars artium, scientia scientiarum.

κατὰ ἀναλογίαν, id est, iuxta proportionem, 13
vt mens est in homine, quod in mundo Deus.

κατὰ τὸ πρῶσι, id est, per id qd̄ ad aliquid di- 14
citur, vt Patronus est qui habet Clientem, &c.

Αιτιώδης, id est, Causalis, quæ causam rei, 15
de qua quæritur, reddit, vt res est solliciti plena
timoris amor.

DE DIVISIONE.

Quid est Diuisio? Est communioris in mi-
nus communia diductio, sicut igitur diffinitio
quid res sit indicat, sic diuisio quam multa in
re contineantur.

QUOT SVNT DIVIDENDI

Formæ: Duæ.

Est generis in species, vt animal in rationale 1
& irrationale, & hæc propriè diuisio dicitur.

D 4 Totius

2. **Totius in partes vt Dialectice in inuentio-
nem & iudicium. Rhetorice in inuentionem, di-
spositionem, elocutionem, pronunciationem,
& memoriam. Hæc propriè partitio dicitur.**

3. **Quænam est lex diuidendi? Vt diuisio per-
ficiatur duabus differentijs è diuerso positis,
hoc est, quæ repugnent, neq; in idem conue-
nire possint.**

4. **Deinde vt quidquid in diuiso continetur, id
totum membra diuidentia explicent: Id quia
seruari non potest propter differentiarum ino-
piam negationibus & circumscriptionibus est
præstandum id quod in diuisione animalis fie-
ri videmus, quod per rationale & irrationale
diuiditur, Irrationale enim non nisi negatio-
nem rationalis explicat.**

V S V S.

**Ad quid conducit diuisio? In primis ad diffi-
niendum. Est enim diffinire nihil aliud nisi ex
genere per differentias diuisio in species descē-
dere. Ex genere enim animalis per differenti-
am rationale diuisio erumpit species homo:
Præcipuè vero ad differendi orationisq; copi-
am, vt vnum quippiam, quod multa ambitu
suo complectitur in partes spargas, Sic Cicero
disputaturus dialectice de officio, principio in
partibus contemplatur.**

DIFFERENTIA GENERIS.

& totius specierum & partium.

Quomo

Quomodo differunt Genus, Totum, Species & partes inter se?

Genus ad constituendam singularum specierum substantiam adsit oportet, ut ad constituendam substantiam hominis, bouis &c. genus scilicet animal adsit oportet. At non ad constituendas partes totum, alioqui sequeretur manum esse corpus hominis.

Item ad conficiendam totius substantiam unamquamque partium adhiberi necesse est, sed ad explendam generis substantiam non quælibet species requiritur: Postremo genus affirmatur de specie: At non totum de partibus, ut homo est animal, valet: At non valet, cum dico, manus est corpus hominis.

DE ALTERA PARTE DIALECTICIS, hoc est, inuentione Dialectica.

Hactenus de iudicatiua, quæ κριτική dicitur, disputatum est, quæ aut diffinit, aut diuidit, aut colligit. Nunc de inuentiua græce ἐφετική dicta differimus quæ de locis tractat, & argumenta administrat.

Quid igitur Inuentio? Est mediæ siue argumenti ad probandum necessariæ peruestigatio.

Quomodo inuenitur medium, siue argumentum, quo probatur prædicatum conclusionis de suo subiecto affirmari, aut negari? Per locos Dialecticos.

Quid est locus Dialecticus? Est sedes argumenti

D 5

menti

menti, hoc est, quasi domicilium quoddam in quo delitescit medium illud, seu argumentum, seu materia de quocunq; themate differendi, *Exemplū* Vt de iustitia disputaturus Loci: Finitio, causae, *ex Officijs* sae, Diuisio, officia, similia, contraria indicabunt, quid dicas, in hanc sententiam.

- 1 Iustitia est virtus, qua suum cuiq; tribuitur.
- 2 Voluntas consentiens cum legibus.
- 3 Aliam esse bellicam aliam ciuilem.
- 4 Nec corpus alterius, nec res occupare.
- 5 Beneficentia seu liberalitas.
- 6 Vis, fraus, duo iniustitiae genera.

Haec est methodus Dialectica, quam qui habent facile de quocunq; themate siue simplici, siue composito, disputare poterunt.

DIVISIO LOCORVM.

Quomodo diuiduntur loci? In maximas, & differentias maximarum.

Qui loci dicuntur maximae? Propositiones quaedam indubitatae, atq; adeo certae, vt ipsae probatione non egeant, atq; ob id Enthymematis ex locis dictis tantum confirmandis adhibentur. Dicuntur autem loci, quia continent caeteras propositiones, & per eas fit coniequens & rara conclusio.

Qui loci dicuntur differentiae maximarum? Quibus maxime a maximis differunt, vt definitio est differentia maximae huius, Cuiuscunq; non conuenit definitio nec definitum, qua iam
has

hæc maxima ab alijs omnibus differt.

V S V S.

Ad quid conducunt maximæ: Ad disputandum & iudicandum, nã si cum proteruo agas altercatore, ad has sæpe vt factam ancorã confugiendum est, vt si huius Enthymematis, Bellum est causa malorum, erit igitur emendatio pax, negetur consequentia, probatio non aliunde constabit, quàm ex ea maxima, quam Cicero tradit, contrariorũ contraria sunt consequentia.

Ad quid conducunt loci differentie maximarum: Ad memoriam, enimvero cum sint maxime plures, ac penè innumerabiles opus fuit differentijs maximarum, quarum non tanta copia est, vt cito à discentis memoria queant elabi. Quæcunq; enim vniuersaliora sunt, pauciora sunt.

SVBDIVISIO.

Quomodo diuiduntur loci Differentie maximarum: In locos internos & externos.

Qui nam loci dicuntur interni: Quorũ argumenta vel à Subiecto vel Prædicato, plerunq; tamen à Prædicato quæstionis sumuntur: Si quidem ijs partibus quibus propositio, omnis quæstio absoluit, hoc est Subiecto & prædicato.

Qui sunt Externi: Quorum argumenta à neutro istorum petuntur, sed extrinsecus aduocantur.

Ostende

Ostende exemplo: Proposita questione vtrum
homo sit animal, concludaturq; affirmatiuæ,
probo à Subiecto, quia ratiocinatur: A Prædi-
cato, quia sentit: Ecce locum internū, qui dicitur
differentia: Quia vero consul, professor &c.
Ecce locum externum, qui dicitur ad aliquid.

SUBDIVISIO SECUNDA.

Quomodo diuiduntur loci interni: In locos
in substantia, & comitantes substantiam.

Qui sunt in substantia: E quibus res idipsum
quod sunt adcipiunt, cuiusmodi sunt Diffini-
tio, Diuisio, Etymologia, Genus, Species, Pro-
prium, Differentia, Totum, Partes, Cōiugata.

Qui comitantur substantiam: Qui singula-
ribus substantijs adherescunt, vt communiter
herentia, vsus, subiecta.

Da locos externos: Causa, hoc est, Efficiens
Materia, Forma, Finis, Effecta, Generatio,
Corruptio, Autoritas, Simile, Comparata hoc
est, par, maius, minus, transumptio, repugnan-
tia, disparata, seu differentia.

DE LOCIS QUI SVNT in Substantia.

PRIMA DIFFINITIO.

A diffinitione ad hunc modum argumēta-
tur Cicero, si gloria est illustris, & peruagata
multorum & magnorum, vel in suos ciues, &
in patriam, vel in omne genus hominum fama
meritorum, ergo non satis diu (quemadmodū
ipse

ipse de te prædicat) vixisti gloriæ. Cæsar Item.

Virtus est quæ pro æquitate pugnat, igitur fortitudo. Locus D. M. à diffinitione Locus M. Cuiuscunq; conuenit diffinitio, & diffinitum.

Cicero in

Confutatur, si aut verum proprium, aut vera differentia, aut verum genus positum non est, aut alioqui à legibus diffiniendi aberratur.

Officijs de

fortitudine

Quintili.

lib. quinto.

SECUNDA DIVISIO.

A diuisione hoc modo argumenta ducuntur, si vita eorum, qui sine ratione viuunt merito vituperanda est, cur non laudabilis vita eorum qui cum ratione viuunt.

Item aut vtile est bellum indicere, aut non, si non est vtile bellum inferre, ergo quiescere vtile L. D. M. à diuisione Lo. M. Condiuidentium vno sublato, alterum manet: & posito altero tollitur reliquum.

V S V S.

Ad quid valet præsens locus? Simili via & ad probandum & refellendum: Probanti satis est habere vnum, quod verum sit, hoc modo, si ciuis aut natus sit oportet, aut factus. Cum vero quis negare velit, necesse est vtrumq; tollat hoc modo. Nec natus, nec factus, non est igitur ciuis.

TERTIA ETYMOLOGIA.

Ab Etymologia in hunc modum argumentatur Cicero, Fides iubet ea fieri quæ dicta sunt ergo fundamentum iustitiæ: Item de deo disputat

tas

tat igitur Theologus, L. M. D. est ab Etymologia Lo. vero M. Cui nominis Etymologia conuenit, & ipsum nomen, cuius Etymologia facta est.

Confutatur eo modo, quo autoritas. Pleraque enim Etyma Robur & autoritatem sumunt ab his, qui vel sic adpellant, vel sic exponunt originem.

QVART. GENVS.

Genus habet firmam refutationem speciei, probationem infirmam, in hunc modum. Si nulla est in re publica iustitia ergo nec lex. Si malus non est, ergo nec mendax L. D. M. est a genere L. M. A quocumque remouetur genus & species.

QVINT. SPECIES.

Species habet firmam probationem generis, infirmam refutationem, hoc modo. Qui potest negare malum, quem mendacem esse vides? Si apud bonos vestros locum habet prudentia, ergo etiam honestas. L. D. M. est a specie Lo. vero M. Quod speciei adest idem & generi.

SEXT. DIFFERENTIA.

A differentia ita argumentatur Cicero in Offi. Quia omnes sumus participes rationis, omnino cauendum est ne similes efficiamur bestiis. Item cum homo ευλογος sit. Quid minus fuerit eius quam furor, quam precipitem ruere in quodcumque fuerit animo collibitum? L. Q. D. M. a differentia: Lo. vero maxima si cui differentia alia
cuius

cuius rei conuenit, & id cuius est differentia.

SEPT. PROPRIUM.

A proprio eo modo argumenta ducuntur, quo à differentia in hunc modum. Equus disciplinae capax est, igitur mansuescit, eadem est maxima.

OCTA. TOTUM.

A Toto ad eius partes argumentari affirmatiue valet argumentum, vt si tota Respub. consilio gubernanda est, ergo & domus & vnusquisq; ciuium. Maxima est quod toti conuenit & partibus.

Rursum à partibus ad totum negatiue procedit argumentum, vt si neq; censu, neq; vindicta, neq; testamento est liber factus, non est igitur liber. Maxima est quod partibus non inest, nec toti.

CONSIDERANTVR VTRAQVE.

à Modo, Quantitate, Tēpore & Loco.

A modo, vt Nero ne hominis quidem officium fecit, Tantum abest vt Christiani hominis officium fecerit, hoc alij à communi ad particulare vocant L. M. A. Quocunq; remouetur totum in modo & eius pars.

A Quantitate, si in omnibus est verus vates Apollo, & in hoc verus esse perhibetur, quod dixit. Aio te Aeacida Ro. vincere posse. M. Quod tribuitur toti in quātitate, & eius parti.

A Tempore, si Catilina semper est infesto animo

animo aduersus rempub. etiam nunc est.

NO. CONIUGATA.

Quæ dicuntur Coniugata? Quæ ipsa vocis similitudine sub vnum iugum sunt deuincta, vt sub sapientia, sapiens & sapere: sub iustitia, iustus & iusta. A coniugatis sic argumentatur Terenti. Homo sum humani nihil à me alienum puto. Maxima est si vnum Coniugarum cuiquam conuenit & reliquum.

Confutatur præsens locus, si quid addatur. Valida enim plerumq; existunt argumenta, & à præsentis loco ducta, siquãdo Cõiugata coniugatis referuntur sine adiectione vlla, propterea non valet, Philosophi sunt mali, ergo Philosophia non valet.

V S V S.

Ad quid conducit præsens locus? Ad definitionem: Apertius enim ex persona sapientis & huius officijs & operibus peruideas quid sapientia, quam ipso sapientiæ nomine: Item ad exempla Rhetorum, vt si quis affirmet malum esse regnare, deflectat orationem ad Coniugata, hoc est, ad reges, puta Cyri, Alexandri &c. constabit argumentum.

LOCI QUI COMITANTVR

Substantiam. PRIMVS.

Communitè hærentia.

Quæ dicuntur Communitè hærentia? Quæ
sele coe

se se comitatur, idq; vel semper, vel plurimum.
Hec aliàs adiuncta, & adiacentia dicuntur, pos-
sunt huc quoq; referri quæ à Rodolpho continen-
gentia sunt adpellata.

A presenti loco hoc modo argumētatur Ci-
cero in Offic. Adolescentia temeritati est ob-
noxia, igitur difficulter genus vitæ constituit.

Item Claudius. Nero nihil habet in corpore
suo diuinæ maiestatis, ergo non debet fieri de-
us. Maxima est, cui non inest aliquid, ei nec il-
lud quod illius est consequens, inesse potest.

Facilè confutantur communiter hærentia
præsertim, si eiusmodi sunt, vt sæpenumero nõ
consequantur.

SECUND. VSVS.

Quid est vsus? Cuiusq; rei functio. A præ-
senti loco hoc modo argumētari licebit, si do-
mesticis amicis. Itē, Reipub. si quando neces-
sitas postulat, est impertiendum, exaggerāda est
res familiaris, & pecunia colligenda. Itē si tu-
eri vitam licebit, ergo etiam gestare gladium.
M. Cuius vsus est bonus, ipsum quoq; bonum.

Confutatur, si abusum pro vsu ponas, in
hunc modum interficere hominē malum est,
igitur gladius malus.

TERT. SVBIECTVM.

Quid est Subiectum? Cui insunt ea, quæ dic-
ximus inhærentia, vt quia in Catone est pru-
dentia, Cato dicitur subiectum prudentiæ.

E

Ex subie-

Ex subiecto colligit Cicero fœlicitatem esse
in mente. Etenim, quæ pars inquit, est optatiss
sima in homine, in ea situm esse necesse est il
lud, quod queris optimum.

LOCI EXTERNI.

Prim. Causæ.

Quid est Causa? Cuius vi euenit aliquid.

Quotuplex est Causa? Quadruplex. Effici
ens, Materia, Forma, Finis.

Quid Causa efficiens? Quæ principium mo
tus præstat, vt aliquid fiat, vt Sol Causa effici
ens est diei. A causa efficiente ad hunc mo
dum argumentatur Cicero, Cratippum habes
præceptorem, probabile igitur te. M. fili abund
ante præceptis. M. Quorum efficiens Causa na
turalis est ipsa quoq; naturalia sunt.

Quid est Materia? Quæ formas rerũ subie
cta suscipit, vt ferrum cum desit, qui fieri potest
vt gladios cudant. M. si non est causa materia
lis, neq; ipsa quæ ex ea cõficiuntur, esse possunt

Quid est Forma? Cuiuslibet rei species &
ratio, vt poculum meum cælatum est, igitur
præstantius tuo M. Tantum vnum quodq; po
test, quantum eius forma permittit.

Ab efficiente, materia, & forma ad hunc
modum argumentatur Virgilius.

Tibi pocula ponam

Fagina cælatum diuini opus Alcimedontis

Lenta quibus torno, &c.

Quid

esse
atis
stil
Quid est finis? Cuius gratia aliquid fit. **R**
fine in hunc modum argumentari licet, si ciui-
lis vitæ, rerumq; humanarum cognitio utilis
est, & officiorum Ciceronis utilis cognitio. Itē
si pax est bona, ergo bellum utile M. Cuius fi-
nis est bonus ipsum quoq; bonum.

E F F E C T A.

Quæ dicuntur Effecta? Quæ fiunt à Causis
efficientibus, vt dies est effectuum Solis. Ab ef-
fectis sic Cicero in Salustiu inuehitur, prætereo
patrem tuum, qui si nunquã in vita sua pecca-
uit, tamen maiorem iniuriã Reipub. facere nõ
potuit, quã q; te talem filium genuit.
Item gladius est, igitur ferrum. M. posito effe-
ctu, ponitur eius necessaria causa.

Confutantur hi loci in vniuersum omnes de
causis, si non à propria causa proprius colligi-
tur effectus, & rursus à proprio effecto, nõ pro-
pria causa.

V S V S.

Ad quid conducunt hi loci? Principio in ge-
nere demonstratiuo præcipuas obtinēt partes,
cum & laus & vituperatio non alia re certius
veriusq; constant quã effectis & fine. Deinde
in genere deliberatiuo plurimum possunt. Duo
enim ista in consulendo maximè sequimur ex-
pediat nec ne, & an fieri possit. Quorum
quid expediat ex fine colligimus, quid fieri
possit, ex efficientibus, Quicquid enim utile,

E 2 id ali

Id alicui rei consequendæ vtile oportet esse, sic quicquid fieri posse volumus maximè ex efficiētis facultate poterit ostendi: Quinimo & effecta fidem facultatis faciunt: Postremo in genere iudiciali, quoties dubitatur de voluntate & facto promuntur argumenta à fine, vt copiosissime tractat Ludouicus Viues de instrumento probabilitatis.

SECUND. GENERATIO.

Quid est Generatio? Est rei productio, à quo loco ita argumentamur, Concordia ciuium optima, igitur & Ciuitas M. Cuius generatio est bona ipsum quoq; bonum.

TERT. CORRUPTIO.

Quid est corruptio? Rei productę abolitio, à corruptione sic argumentari licet, malum est extinguere Rempublicam, ergo Respublica bona, M. cuius corruptio mala est ipsum quod corrumpitur bonum.

Confutatur præsens locus, si prædicatum consequentis non est cōtrarium seu oppositum prædicato antecedentis.

QUARTA AVTORITAS.

Locus ab autoritate siue iudicio rei fide estimatur, neq; enim omnis persona est eiusdem autoritatis, ergo prima autoritas, vt inquit Ludouicus Viues, est Dei, & earum rerū quas non dubitamus à Deo profectas. Secundo loco & ex genere humano philosophi, quique humanum

num genus paterna quadam charitate comple-
ctuntur, vt legum latores, & ij à quibus ciuita-
tes formantur ad virtutem & recti custodiam.
Tertio loco amici de quorum ingenio ac peri-
tia benè sentimus. Postremo violenti, pueri, &
mente capti qui fallere nesciunt.

Confer huc pronunciata apud Rodolphum
lib. primo, de inuentione dialectica, cap. vige-
simo quarto.

Ab autoritate ita argumentari licet. Quia
Homerus dixit: Nil homine enutrit tellus in-
firmius alma, ergo in terra nihil est imbecillius
homine. M. vnicuiq; in sua arte perito creden-
dum est.

Eleuatur autoritas, si quod qui dicit, nesci-
at, aut ignoret de quibus loquitur, vel natura,
vel imperitia, aut si adcesserit peritia, eam ta-
men parum proficere, citra assuefactionem,
hac quoq; adquisita, non posse tamen absq;
arte benè censere. Quod ars in vniuersum sit
de omnibus, experimenta de singularibus, in
summa contradicere quempiam sibi, fortissim-
um est argumentum.

Q V I N T. S I M I L E.

Quid est Similitudo? Est par ratio, cur dictū
hoc tam congruat huic obiecto, quàm illud illi,
sic dissimilitudo versa vice impar ratio est, &c.
Est enim huc conferendus locus à dissimili.

A simili, quemadmodum Sol vnus omni-

E 3 bus

bus sufficit, ita vox vna præceptoris cunctis discipulis M. similia idem est iudicium.

A dissimili, sicut Brutus occidit liberos proditionem molientes, sic Manilius virtutem filij morte multauit. M. Dissimilium ratio dissimilis. Locus à simili confutatur, si aut dissimile esse doceamus, quod alter simile dixit, aut aliam commodiorem similitudinem adducemus.

SEXT. COMPARATA.

Quo distinguitur præsens locus à similitudine. Similitudo est duorum collatio in duobus aut pluribus in totidem. Comparata vero duorum vel plurium in vno.

Cuiusmodi sunt Comparata. Aut à maiori ad minus, aut à minori ad maius, aut à pari ad par. A maiori ad minus negative firmior procedit argumentatio in hunc modum. Si Troia dei manu extracta non potuit esse tuta ab incendio, quanto minus vallum Troianorum tutum esse poterit M. si id quod magis videtur inesse nec inest, nec id quod minus videbitur inesse, inierit.

A minori ad maius affirmative conuenientius argumentamur in hunc modum, si histiones circa corporis motum decorum seruare decet, quanto magis virum bonum. Et si Anator sedes habet, quanto iustius Aeneas proles Iouis sedes habebit. M. Si id quod minus inest, & id quod magis.

A pari

A pari: Si patri in filium ius est, & in filiam
& si fratrem domi alis, cur me reijcias? M. Aequi-
tas paribus in rebus, paria iudicia desiderat.

Refer huc exemplum quod coniunctissimum
est cum Comparatis & similibus & species illorum
nisi quod exemplum est factum vel dictum cuius-
iusque ad imitationem pertinens, ut si in eadem
causa M. Catoni Sibi ipsi consciscere mortem
honestum fuit, alijs si se interemissent inhone-
stum, ergo sua cuiusque natura intuenda.

V S V S.

Ad quid conducunt hi loci? Ad exhortan-
dum praesertim inaequalia, quae ad exhortationem,
ut inquit Cicero in Topicis, sunt efficaciora.

SEPT. TRANSUMPTIO.

Quid est Transumptio? Quoties nomen me-
taphorice, hoc est translatiue sumptum, per
proprium explicatur, ut Ovidius.

Quis enim caelauerit ignem.

Lumine qui semper proditur ipse suo.

Pertinet huc locus ab Amphibologia, ut

Quis neget Aeneam magni de stirpe Neronem

Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

M. Quicquid alicui conuenit sub nomine
μεταφορικῶς sumpto, eidem conueniet, & sub
nomine proprio sumpto.

OCTA. REPUGNANTIA.

Quid est repugnancia? Est per se dissidens rea-

E 4 rum

num habitudo, qua fit, vt alterum dici id esse quod alterum non possit.

Quot modis fit repugnantia? Duobus modis, aut enim repugnant, vnum vni, & dicuntur opposita, aut vni plura, & dicuntur differentiae seu disparata.

OPPOSITA.

Quæ dicuntur Opposita? Quæ repugnant vnum vni, sic vt neq; alterum de altero, neq; ambo de tertio dici possint, vt Cæcitas, Visus.

Quot sunt species oppositorum? Quatuor. Relatiua, Contraria, Priuatio, Cōtradicientia.

A relatiuis hoc pacto argumentari licebit. Si ego tibi Cliens non sum, nec tu mihi patronus. Item si me præceptorem agnoscis, cur ego te non discipulum? M. posito vno relatiuo, Ponitur & alterum, sublato vno, tollitur alterum.

Confutatur, si non rite assignetur Relatiuū, non enim rectè colligitur, seruus est, ergo herum comitatur, sed sub hero est.

Quæ sunt contraria? Quorum vtrunq; potest simul existere, & alterum sine altero esse, vt calidum, frigidum, sanum, ægrum, &c.

Quotuplicia sunt Cōtraria? Duplicia, Mediata & Immediata.

Quæ dicuntur Mediata? Quorum est aliquod mediū, vt album & nigrum, medius enim aliquis color est, vel rubens, vel pallidus. Horum remoto vno, non necessario alterum ponitur.

Quæ

Quæ dicuntur Immediata? Quorum nullū est medium, vt calidum, frigidum. Horū vno remoto, necessario alterum ponitur.

A contrarijs Immediatis hoc modo argumentamur. Si amādus qui bene meretur, odio prosequendus qui malè, si fortitudo cum iustitia coniuncta est virtus, ergo sine iustitia est furor. M. Quod alicui conuenit id eius contrario non conuenit.

Quid est Priuatio? Est defectus alicuius in eo, quod id natum est habere, vt Cæcitas est defectus visus, non in quouis, nec enim lapis cæcus dicitur, sed in eo quod natum est videre.

A Priuatiue oppositis hoc modo argumentamur. Cæcus est, igitur nunquā videbit. Item si mēte captus est, quomodo igitur sapiet? M. in priuatis opposita sibi cōuenire non possunt.

Quæ sunt Contradientia? Quorum negatur vno id ipsum quod est altero affirmatum; vt si sedet, impossibile est igitur non sedere. Si Aeneas est pius, impossibile igitur est Aeneā non esse pium. M. Contradientium posito vno tollitur alterum.

D I F F E R E N T I A.

Quæ sunt differentia seu distantia, seu disparata? Quæ sic repugnant, vt non certo ductu vnum, cōtra vnum dirigatur, sed satis est substantijs esse inter se dimota. Accipe duas virtutes iustitiam & temperantiam, quamuis nulla

E S harum

harum opponatur alteri, tamen ita inter se differunt, ut nulla sit idipsum, quod alia.

A differentibus ita argumentamur, si homo est, igitur nec asinus, nec equus &c. Marmoream domum diruisti & reponis lateritiam? M. De rebus plurimum differentibus idem intelligi non potest.

In Cōfutatione horum locorum, ante omnia considerandum an illa habeant mediū, an sit tempus & subiectum à natura diffinitum. Observandum etiam in quo sint talia. Do coenam hominibus, non ergo equis: non sunt in hoc disparata. Item hic homo habet seruos albatos, nō igitur atratos, nō sunt in hoc cōtraria, &c.

Quinā loci sunt maximè certī: Finitio, Diuisio, Etymologia, Genus, Species, Differentia, Proprium, Totū, Partes, Cōiugata, Cause Effecta, Generatio, Corruptio, Repugnantia. Reliqui medio modo se habent, imo quidam ex his sunt tanquam stellulæ quaedam in oratione, ut similia, comparata & exempla.

Hæc de locis Dialecticis.

DE LOCIS SOPHISTICIS.

Quoniam in omni genere disciplinarum tā necessariū est scire quæ nō sunt ppria, quā quæ vnius cuiusq; disciplinæ ppria, qd' nemo res &c de vlla disciplina disputare, nisi qui eadem ratione de vitijs quæ penè infinita quamlibet
artem

artem consequuntur, differere poterit, operæ
precium esse duxi hoc loco subiicere compen-
dium de locis Sophisticis, Qui etiam si nihil ad
artem pertineant, his tamen instructus adole-
scens facilè vitabit Sophistarum tricas, vt Var-
ro inquit, Artellanas & captiones.

In quibus ergo consistit omnis captio seu fal-
lacia: In tribus. In forma, materia, & in vtroq;. In
forma, si quando argumentatio aberrabit à
regulis de Syllogismo præscriptis, in hunc mo-
dum, Magistratus debet propellere vim à ciui-
bus. Cicero est Consul, ergo Cicero debet pro-
pellere vim, &c. Peccatum est in forma, quia
quatuor adsunt termini.

In materia, hoc modo, quisquis intensæ glo-
riæ cupidus est, stultus est. Vir fortis & intensæ
gloriæ cupidus, ergo vitium est in materia, hoc
est, in mala diffinitione.

In vtroq;. Omnis homo est animal bipes,
Gallus est animal bipes, ergo gallus est homo,
peccatum est in materia, quia malè diffinio ho-
minem, peccatum est in forma, aberrat enim
à modis secundæ figuræ.

Quid est locus Sophisticus? Sedes argumen-
ti Sophistici.

Quomodo diuiduntur loci Sophistici? In lo-
cos in dictione & extra dictionem positos,

Quando dicuntur in dictione positi? Quādo
vitium ex genere sermonis oritur, cuiusmo-
di sunt

di sunt æquiuocatio, amphibologia, compositio, diuisio, adcentus, & figura dictionis. Qui loci re ipsa non sunt aliud nisi variæ formæ ambiguum.

Quando extra dictionem positi? Quando in re seu propositionum connexionem peccatur. Cuiusmodi sunt, accidens. Secundum quid ad id quod simpliciter, ignorantia Elenchi, petitio principij, consequens, non causa vt causa, multæ interrogationes.

PRIM. AEQUIUOCATIO.

Quid est æquiuocatio? Cum dictio seu simplex vox plura significat: Ab æquiuocatione in hunc modum comititur fallacia. Quicquid ridet habet os, pratum ridet, igitur pratum habet os, Aequiuocatio est in verbo ridet. Item quicumque sanabatur, sanus est, ægrotans sanabatur, ergo ægrotans sanus est, homonymia est in participio ægrotans.

SECUN. AMPHIBOLOGIA.

Quid est Amphibologia? Cum oratio ambiguum sententiam intra se claudit in hunc modum. Quicquid videt quispiam, hoc ipsum videt. Aliquis videt columnam, ergo columna videt, ambiguitas casuum est in hoc ipsum: Item Quoscunque vellem me adprehendere, vellem vt me adprehenderent. Hostes autem vellem me adprehendere, igitur vellem vt hostes me adprehenderent, Amphibologia est in constructione

structione. Quomodo differt Amphibologia ab equiuocatione? Aequiuocatio ex ipso nomine diuersas res significante dolos struit: Amphibologia vero ex oratione technas meditatur.

TERTI. ET QUART.

Compositio & Diuisio.

A Composito & Diuiso committitur fallacia, si quando constructione perturbata aut p̄ctis malè distincta fallimur in hūc modū. Qui tuncq; scit literas, nunc didicit illas. Grammaticæ peritus scit literas, igitur nunc didicit illas peccatum in compositione.

Item quocunq; vidisti hunc percussum, hic percussus est: Atqui oculo vidisti hunc percussum, igitur oculo percussus. Peccatum est in diuisione.

QUINT. ADCENTVS.

Ab adcentu hoc modo struimus fallacias, omne malum est fugiendum, pomum est malum, ergo fugiendum, Item qui ad aram confugit, liber est. Ad haram fugisti, ergo liber, fallacia est, in malo, prima breui & prima longa. In ara aspirata & sine aspiratione.

SEXT. FIGVRA DICTIONIS.

Quando decipimur figura dictionis? Quando similitudine vocum circūscribimur, in hunc modum. Discere est circa disciplinam exerceri, exercere circa disciplinam, est docere: Discere ergo

ergo est docere. In exerceri & exercere fallacia
est. Item quicquid heri emisti, hodie comedisti,
crudum heri emisti, ergo crudum comedisti,
fallacia est in quidquid & crudum.

LOCI EXTRA DICTIO-
nem positi.

PRIM. ACCIDENS.

Quid est hoc loco Accidens? Quando idem
assignatur subiecto siue essentiali, & accidenti,
non enim, quia multa eidem accidunt, necesse
est omnibus prædicatis, & ei de quo prædicantur,
omnia illa similiter inesse, ut quod ego sum
tu non es: ego sum homo, ergo tu non es ho-
mo, in prima est prædicatio accidentalis in se-
cunda essentialis. Item homo est animal, ani-
mal est genus, igitur homo est genus.

SECUN. SECUNDVM QUID.

Ad id quod simpliciter est dictum.

Quid est simpliciter dictum? Quod sine cir-
cumstantiis exprimitur, ut vxorem dimittere
licet.

Quid est secundum quid dictum? Quod cum
circumstantiis effertur, ut vxorem adulteram
dimittere licet. Ergo cum ex secundum quid di-
cto illud quod simpliciter est tale.

Et contra (sed hoc negatiue, illud affirma-
tiue) efficere volumus sit hæc fallacia, ut licet
vxorem adulteram dimittere, ergo vxorem dimit-
tere

tere licet. Item nullam vxorem dimittere licet
ergo nec adulteram.

Pertinet huc siquando ex diuisis coniuictū
infertur, vt ille est Claudus, & est philosophus,
ergo & Claudus philosophus.

TERT. PETITIO PRINCIPII.

seu Nugatio.

Quid est Petitio Principij? Cum idem in con-
clusionē repetitur hoc modo, Clodius fecit in-
sidias Miloni, ergo Clodius insidiatus est. Itē,
Omnis delator est exterminandus, & hic est
delator, ergo omnis delator est exterminan-
dus, peccatum est vtrinque in forma.

QUART. CONSEQUENS.

Quando struitur fallacia cōsequentis? Quā-
do ex antecedente non rectē infertur conse-
quens in hunc modum. Virtus est igitur iusti-
tia, homo non est, neque igitur animal.

QUINT. SECUNDVM

non causam vt causam.

Hoc modo faber est, igitur domus fit. Itē mul-
tæ seditiones ortæ sunt ex prædicatione Euan-
gelij, igitur Euangelion autor est seditionis.

SEXT. PLVRES INTER-

rogationes.

Quid dicis plures interrogationes? Cum plu-
ra de vno, aut vnum de puribus interrogamus
in hunc modum, Sunt ne hæc bona an mala
demonstrantis, quæ neque omnino bona neque
omnia

omnino mala sunt: Item sunt ne hæc videntia,
an non videntia: si sit concessum similiter vnū
& plura dici.

S E P T. I G N O R A N T I A
Elenchi.

Quid est ignorantia Elenchi? Est ignoratio
firmarum & illabefactabilium probationum,
vt Astyanax filius est Hectoris & non Priami,
ergo Astyanax est filius & non filius. Item,
cognoſco Socratem & eundem non cognoſco
venientem, igitur cognoſco Socratem & eun-
dem non cognoſco.

Facilè est diluere id genus fallacias, si confi-
deretur conclusio ad contradictionem: Nam
in istiusmodi sophismatibus infertur Cōtradi-
ctio adparens solum, cum re vera nulla sit. Fit
enim omnis Contradictio respectu eiusdem &
eodem tempore, vt si duo vnus quidem du-
pla. Trium autem non dupla, ergo idem du-
plum & non duplum.

D E R E C T A S O L V T I O N E
Paralogismorum.

Quid est recta Solutio Paralogismi? Est ei-
usdem manifestatio.

Quot modis manifestatur Paralogismus,
hoc est, falsus Syllogismus? Duobus modis,
aut per interemptionem, aut per distinctionem
re Pins

Per interemptionem, vt quoties ex falsis col-
lectus est. Per distinctionem vero, cum adparet
Syllogismus & non est.

CANONES.

In omnibus paralogismis, qui fiunt per æqui- 1
uocationem, amphiboliam, compositionem,
diuisionem, & adcentum, & si quod sumptum
est multiplex, distinguendum & ratio conse-
quentiæ examinanda est.

In omnibus paralogismis qui fiunt per figu- 2
ram dictionis, per accidens per id quod est se-
cundum quid & simpliciter, per ignorantiam
Elenchi, per non causam vt causam, per hoc
quod est plures interrogationes facere vt vnā.
Consequentia neganda est, & mox cur negata
sit ratio subiungenda.

In omnibus paralogismis, qui fiunt per id, 3
quod est petere principium, ipsum antecedens
aut negandum planè est, aut certè ad dubitan-
dum,

F Peroratio

PERORATIO.

HAbes, ornatisime Sebastiane, Dialecticam Cæsarij doctissimi hominis, in compendium redactam à me. Quem duplex potissimum causa ad id laboris subeundū perpulit. Altera, q̄ subtilis nōnulla, altera, q̄ prolixius quædam adultis tradita inter enarrandū occurrebant, quæ simplicioribus huius artis tyronibus, paulo planius ac breuius, nec minore cum fructu tradī posse videbantur. Quippe nullius me laboris pœnitebit, imo voto prorsus meo satisfactum arbitrabor, si illū, qualecunq̄ meum, vni tibi, cuius solius iudicio (quod acerimum) aut stabit, aut cadet, probatū iri cognoiero. Deinde tuis, quos optimè expectationis priuatim in iurisprudētia, cuius studiosissimus effulges, instituendos suscepisti, discipulis vsui. Eandemq̄ occasione, & alijs huius Academiæ celeberrimæ, cui quidquid in me est debeo, studiosis pueris vtilitati futurum intellexero, Vale.



IOAN.

IOANNIS

LUDOVICI VIVIS DE

Disputatione.



VERITATEM NON
plenè aut apertè acies men-
tis nostræ intuetur, multa
& densa obscuritate corpo-
ris oppressa atq; hebetata.
Sed nos obscuritatem hæc
à nobis in res ipsas traduci-
mus vt eas altissimis ac cæcis admodum tene-
bris dicamus obrui, & inextricabilibus inuo-
lucris occultari. Quo sensu pronūciauit Demo-
critus veritatem in altissimo puteo demersam
latere. Ad purgandos autem hosce cortices, vt
nucleus prodeat purus, ingenium humanum
examinādum veritatis facultatem à deo acce-
pit, cuius functio disputatio nominatur. Nam
quemadmodum vites, nuces, ferrum, aurum,
putant, reiectis inutilibus, ita in examine illo
inquisitione veritatis remotis vel falsis, vel am-
biguis ac incertis, ad ea veniatur, q̄ dubio pro-
cul sint vera. Lux hæc est, quæ ingenio nostro
infertur, vt per ea, quæ in confesso recipiuntur
pro veris, illa de quibus dubitatur, explanent,
aut ea refutent, quæ nobis sub specie se insinua-

*Disputa
quid.*

F 2 bant vea

Animæ
nq; fun
ctum.

bāt veri. Sit ergo nobis diffinita disputatio, ar
gumentorum ad aliquid probandum aut im
probandum comparatio. Nam vbi pro alteru
tra parte nullum est argumentum, nec disputa
tio potest vlla existere. Duces animi nostri sunt
vires illi à Deo ad cognoscendum, & de cogni
tis iudicandum attributę. Ioannes Philoponus
ex Repub. Platonis quinque nos habere animi
functiões scribit, Mentem, Dianœam, Opiniõ
nem, Phantasiã, Sensum, horum istę sunt vi
res & opera. Sensus lentior est, q̄ vt syllogismo
discurrat, & aliquid colligat. Mens celerior q̄
vt syllogismum expectet. Opiniõ assus est Phā
tasia seu visum apprehensio. Dianœa quam sa
nè cogitationem dicamus, est motus: itaq; hæc
ratiocinatur, & syllogismo vtitur. Hæ quidem
cōtemplationes sunt de anima: sed de his non
plura in præsentia dicam, nec acuratius, quàm
quod instituto nostro erit satis. Ratiocinatur
ergo cogitatio vel ex ijs, quæ mens illi suggerit
vel quę opiniõ, vel quæ visum. Nam sensus vi
so seruiunt, ideo sub εἰκασία à Platone cōpre
henduntur. Mens ad cogitationē, quantū asse
qui potest, verisima & perfectissima adfert, ve
lut axiomata, naturales informatiões & in om
nium animis impressas insculptasq; notiones,
ex quibus aptissimæ ac firmissimæ rationis ne
ctuntur syllogismi, in quibus est scientia, si alibi
vsquã, Opiniõ suppeditat credibilia, aliàs ve
ra,

ra,

ra, aliàs falsa, vnde existūt syllogismi verissimū
les, qui secum nonnullā dubitationem impor-
tāt. Visum sum ministrat vanas imagines, som-
nia, hallucinationes, imposturas: ducitur enim
phantasia, similitudine, quam ex ignorantia,
atq; incogitantia coniungit temerè, & commi-
scet, vt vnum ex duobus aut ex multis confun-
dat: vnde error nascitur ambiguitate vel vocis
vel sententiæ, vt quum vox plura significat que
commiscentur, & redduntur tanq̄ vnū, nempe
verbi ancipitis, vel orationis amphibolæ: tum
ex scripto quod non distinguitur accentu, aspī-
ratione, scriptione recta. In sensu autem quum
ab vna significatus ratiōe ad aliā latenter subū-
tur, nempe ab essentiali ad inhærens, vel con-
tra, velut quum sic coniūgimus, homo est ani-
mal, animal autem est genus, mel est dulce, dul-
ce vero aliud alio magis. Adde huc, quum pra-
ua cōclusio pro vera recipitur, q̄ aliquam illi-
us præ se imaginē ostendet, de quibus vitijs su-
perius admonuimus. Nam phantasia, vt leui-
ter ab vno in aliud mutatur, ita etiā leuiter as-
sentitur, vt in quodcunq; inciderit, ob legnitiē
vltcrius scrutandi subsistat illico, & acquiescat,
itaq; vehementer fallitur, quoniam neq; ambi-
gua distinguit, neq; partes inter se confert, vt
quemadmodū cōpositæ sint, & colligatæ ai ad-
uertat. Iudiciū animi inter hæc tam diuersa ve
lut disceptator quidē sedens incipit eorū omni

um vires, & velut causam expendere, quæ res
probat, omnino respuit, & damnat, quæ adpro-
bat, alia securè admittit, alia incertus. Sunt in-
ter quæ anceps & animi dubius pendet, quæ si-
militudo aliqua & veri apparet, & falsi. Hi iudi-
cij motus è tribus argumentorũ generibus ex-
citantur. In quibus & res debent spectari, & cõ-
nexio. Argumenta omnia vel ex certis explo-
ratis necessarijs depromuntur rebus, vel expro-
babilibus, & quæ de coniecturis pendent, non
sunt hæc rerum ipsarum nomina, sed quæ cuiq;
videntur, alijs enim alia sunt certa, & indubita-
ta, eadem etiã non omnibus talia. Quæ elici-
untur ex certis, nexuq; iunguntur euidenti ac
perspicuo cum ijs, quæ confirmant, iudiciũ ad
se pelliciunt securum, argumentatio huiusmo-
di nominatur certa atq; euidens, Quæ vero vel
probabilia sunt, vel non manifesta complexio-
ne, cum eo cohærent, cui probando adhibent,
iudiciũ ad se inuitant nutãs & suspectum, nec
planè sibi fidens ipsi, hæc argumentatio proba-
bilis nũcupetur, siue credibilis ab Aristotele di-
alectica. Ambiguum est iudiciũ, & quasi se-
ipsum sustinet, quum pares sunt argumentorũ
vires pro vtraq; parte in re controuersa, ac ve-
lut patria in lancibus pōdera. Quæ argumenta-
tio iudiciũ fallit, ea vel de materia decipit,
ex qua cõflatur, vel de artificio, nempe forma
& colligatione partiũ, cognitio materiæ ad sin-
gulas

gulas artium pertinet, vt quū dicitur omnis vnus
us principatus optimus. Tyrannus est principa-
tus vnus, ergo optimus, forma vero & compo-
sitio huius sunt loci, omnis virtus suavis, & vo-
luptas suavis, virtus igitur, hic propriē paralogo-
gismus appellatur, nam prior ille tametsi ex fal-
sis, tñ bonus esse syllogismus pōt, qualis est il-
le idem. Materię argumentorū generatim quī-
dem sic itur obuiam. Certa & necessaria osten-
duntur non esse eiusmodi, si declaretur aliud si-
millimum necessarium non esse, interdū quoq;
ex eodem illo argumento contrarium conclu-
di. Si opponatur autoritas, fuisse, quibus nō sit
visum tale, quorum ingenium & iudicium alijs
in rebus pro valido sit habitum. Probabile est,
quod cuiq; videtur ita esse, non certa & euiden-
ti ratione, sed verisimiliore, quā sit contraria
sumitur aliquando probabile pro comperto &
explorato, sed de illo priore nunc loquimur.
Probabilia vel infirmantur, vel tolluntur peni-
tus, infirmantur, si planum fiat minus esse in
eis robur, quā putabatur, solere contrarium
plerunq; euenire. Tolluntur obiectione eorum
quæ illi sint vel necessaria, vel magis credibilia
& patefactione circumstantiarum, cur in hoc lo-
co, in hoc tempore, in his rebus illud non pro-
cedat. Probabiliora sunt quæ efficaciora pro se
habent argumenta, quæue pariter efficaciora, sed
plura tamen sunt, quib⁹ quīq; fidē habet, quo

*Materię
argumen-
torū quo-
modo tra-
ctatur.*

Probabile.

*Probabilia
ora.*

107
Iam uero, hoc sunt magis efficacior. In cōiectu-
ris non satis labefactat, qui non necessarias
ostendit, aut nō fortes, sed qui nō bonas, quod
sit exponendo in plerisque usu venire contrari-
um non similibus tantum, sed in hoc eodem lo-
co, tempore, hominibus, rebus, ut erubescere
hunc & trepidare, & titubare, & perturbari pro
signo cōscientiæ accipitur, atqui sic solet in om-
ni congressu, etiam apud amicissimos, tutis &
secūdis rebus, ut Cicero de quacunque causa di-
cturus Iam uero argumentationem aptam &
confectam vel repellimus, vel dissoluimus, vel
Argumen- eludimus, vel retundimus. Repellitur quum ne-
tationis tra- gatur bene colligi, dissoluitur, quum profertur
ctatio. captio, quæ quæ ferè fit ex ambiguo & simili, id-
circo vocatur distinguere, in quo tanquam re duas
aut plures in partes discissa, membrum unum ipsi
nobis sumimus, alterum vel reliqua aduersario
concedimus, eluditur, quum adfertur absurdum,
quod sequeretur si ita esset. Retunditur, & quas-
si opprimitur, quum fortius contra id argu-
mentum opponitur. Qui uero negat aliquid in
argumento ita habere, nihil ad argumentatio-
nem dicit, sed ad examen partium illius, de quo
iam sumus locuti. Elusio à retusione non mul-
tum distat: utraq; ab Aristotele appellatur ἐνστα-
σις, Latine ad uerbum instantia, sed appositum
rei uocabulum est obiectio, vel obex: qui uelut
currenti argumento obijcitur, ut fit in fluminibus
bus

bus, quod est nō connexionē argumenti dissol-
uere aut discindere, sed venienti occurrere, &
quasi cursum impedire. Idq; cogitationi nostrę
non raro accidit. Nam quum ex intentione ar-
gumentationis res sequitur per absurda, tū anī-
mus velut iniecta manu sistit primum, hinc quū
se nō bene progressum fuisse deprehendit, vna-
de coeperat reuertitur: & quamuis nesciat dice-
re, quo nam sit falsus loco, vbi sit erroris causa
errorem tamen inesse non dubitat. *De instans*
obex argumentationi ex eodem, ex simili, ex *tia.*
contrario, ex autorite. Ex eodem, si quis dicat,
amor bonum, quia dulce, occurritur imo ma-
lum, quia indigentia. Ex contrario: Bonus vir
amicis nocebit, q̄ ab eis læsus, à quib; minime
oportebat: nequaquam, q̄ nec malus amicis no-
ceat, etiā ab eis læsus. Ex simili: hic homo male-
ficio est semel affectus, semper igitur oderit,
qui hoc: quū bñficio affecti nō semper ament.
Ex autoritate ignoscendum his, quia sunt pue-
ri, obicitur, imo Salomon iubet, vt virga ne di-
scedat à puero. In quo sunt exempla dictorum,
& factorum. Parcendū huic, quia filius. Atquē
Torquatus & brutus etiam occiderunt suos: &
maluerunt orbī vitā agere, quā habere impro-
bos, in quibus non dissoluitur vinculum prio-
ris cum posteriore, sed fluxum atq; inualidum
ostenditur. Quanq̄ in multis elici potest, quod
dissoluat, sed longiore ambage: vt quum dici-
mus

Exemplū.

mus, bonum vinum non læsurū amicos læsum ab eis, quod malus non referat amicis maleficij gratiam: sic soluitur prior probabilitas ex secunda, quod læsio non debet esse causa ultionis in bono, quandoquidem non est in malo, quod est argumentum à comparatione minoris. Tum maleficio semel affectus semper ode- rit, ex objectione efficitur, amorem non esse perpetuum, itaq; nec esse naturæ affectuum, vt sint perpetui, quare quum odium sit affectus, mutabitur tempore. Dicendum iam est de singulis argumentationum generibus Et syllogis- mi quidem quæ sit ratio, quæ deunctio propo- siti cū intentione, alibi demonstrauius. Ex- emplū vis est in similitudine, nam similibus cau- sis similes attribuit natura effectus, similibus principijs similes progressus atq; exitus, similia- bus qualitatibus, atq; affectionibus similes fa- cultates & eiusmodi. Idcirco ad persuadendum non repugnantī, atq; ei, qui vltro sequitur aptis- sima est hæc probandi via, vt quæ docet & ostē- dit magis quàm cogit, confirmatur similitudi- ne, dissimilitudini infirmat, quàm difficile non est in omni simili inuenire. Neq; enim sunt vl- la tam conformia, quæ non aliqua in re discre- pent, quin etiam si repugnans eam differentiã non inueniat, aut in re culpam esse suspicatur, sed in se, qui vel non benè inquisierit, vel non facile inueniat, examinandum est tamen an
diffors

difformitas sit in eo, quo de agitur, vt Cato se
occidit, ne Cæsari seruiret, ergo tu occide te, ne
seruias Tyranno, respondebitur non esse simile
nam Catoni summum erat malorum seruire,
& illis pphanis, at innitatis Christiana pietate
nō item, adicitur, imo summum malorum est
seruire eū quem Christus liberum fecit, Ita est,
non quidem homini seruire, sed peccato & dia
bolo. Demosthenes tātus euasit Orator studio
cur non & tu quoq; Quia in illo studiū arden
tius, ingeniū viuidius, iudicium acrius, sermo
patrius haustus cū lacte. In bello Ciceronis de
Senectute, quum Cato exempla sui docuisset,
non debere ætatem grauem esse senibus, exci
pit Lebus, fortasse dixerit quispiam, tibi pro
pter opes, & copias, & dignitatem tuā tollera
biliorem senectutem videris: id autem nō posse
multis contingere subiicit Cato: non dignitatē
ous aut diuitijs fieri ætatem leuem, aut mole
tam, sed sapientia vel stultitia, nec solū trium
phalibus viris iucundā esse senectutem, sed ijs
etiam, qui purē ac eleganter ætatem transege
runt. Si dissimilitudo non sit præsto, consilium
erit sequendum M. Fabij vt dubia liceat dice
re fabulosa, quales sunt apologi, poeticæ nar
rationis, Milesiæ fabulæ, res multæ Chaldeo
rum, Persarum, Aegyptiorum, sin vera & cer
ta esse constet, tentandum, an obtineri poterit,
ne illa quidem rectē esse facta, Tum autoritas
eius

eius excutitur qui quid dixit, nō dixit, fecit, nō
fecit, quanti oporteat esse momenti apud nos
confirmatur autoritas ad corroborandū argu-
mentum, eleuatur ad debilitandū, de quo igat
Enumeratio inquisitione veritatis diximus. Enumeratione
deprehensæ sunt artes omnes, nempe ex mult
tis experimētis collecta formula. Si hæc herb
nocuit huic homini, profuit illi asino & huic
illi, ergo omni homini nocet, omni asino pro
dest, si in aliquo instatur, ruit totum. Sed oēs qu
singulares percensere impossibile. Aliquas pro
omnibus sumimus ad postremum vero ad
mus, quod si pro alijs, vt sic in cæteris, vel non
videtur aliquid esse in contrarium, vel non est
in contrarium obseruatum. Infirmantem d
aliquid ad oppositum est necesse, tunc vel de
struit, vel concutit. Scrupulum etiam iniicit
dubitatione, fortasse nō sic esse in omnib9,
esse nouam, nec dum satis exploratā, vt de
gno hebeno, & multis rebus, quæ hac primū
ætate in notitiam venerūt, vel quod paucis
id deprehensum. Licebit tum ex ijs adferre
qua, quæ quum crederentur esse certissima, tem
pus docuit non esse talia, quæ exempla non
ra sunt & in natura rerum, & in vita hominū.
Alter vero vel ostendet qd sit vitij in eo, quod
ille obijcit, cur ab aliorū natura degeneret, v
si radix arboris sit medicata, vel saltem impo
tret in plerisq9, pro re noua multa sunt exper
menta

ecit, nimenta pro vetere multos quefisse neminē inue
ud nosuisse in contrariū. Saltē verifimile esse, quādo
ū arguquidem aduersum nemo comperit toties vesti-
e quo igatum. Inductio Socratica argumētatio est cō- *Inductio.*
rationformis naturæ, quum in alijs ita sit, quæ sunt si-
ex muilia, ita debere esse in hoc. Qui depellit, red
c herbdat causam differentiæ, quemadmodum in ex-
huic &mplo. Sed maiorem hic esse, ac fortiorem con-
no prouenit, vbi tot exempla sunt allata pro vno ali-
Sed oēsquo, velut cui credas nauem in periculo, eligis
uas pro non amicioem, sed peritioem: cui Rempub.
adfici cui equum domandum, ergo cui pecuniam: ex
vel non aduerso occurritur, non est ita, nā in illis opus
non est arte, hic fide. Tum faciendum est planum &
m dare illic esse opus fide, & hic arte, quoniam quidem
vel de si inimicus sit prodest consulto, & hic si impru-
iicit a dens perdet nesciens, nam eandem illam ad-
9, renferre pro instantia, de qua est controuersia, per-
t de li absurdum est. Vtebatur etiā Epagogis Socra-
rimunt, q̄ aptissime sunt ad capiendum, quū enim
ucis est singularum rerum interrogatiunculæ proponū
ferre alitur, minus apparet fraus, quæ profert se velut
na, temacie explicata, minusq̄ circumspicit is, qui re-
non ra spondet quid sequatur ad posita sibi, ac cōcessa
ominū. quid repugnet. In comparatione vis latè est *Cōparatio.*
e, quod parsa, nec ad certam formulam potest redigi,
eret, vquæ ad inuentionem argumentorū magis per-
o impo tinet. Paria aut maius, & minus inter se in ali-
exper quo vel aliquibus conferuntur. Intuendū an in
mentā **eo**

Relatiua.

eo ipso sint paria, vel maius & minus. Priuatus homo gignit tot liberos, non gignet rex: non sunt in hoc maius & minus. Priuatus concionans, ergo & consil non sunt maius & minus in concionando: quæ sepe numero præbent verbanitatis materiam. Quin ego vno verbo cedam, cui cedunt in omnibus triginta legiones: inquit Phauorinus. In eo quod fit, quid maius sit aut minus dicere est eius, qui vires rerum nouit, vt hoc efficit illa herba, ergo & illa alia: in eo autem quod decet prudentis. A minori aptum est argumentum confirmationi: A maiori informationi. A pari vtrique. Similiter de relatiuis dicit Aristoteles, quod posito vno, ponitur & alterum, sublato tollitur. Sed hoc rectè est intelligendum, si aliquis est pater, aliquis est filius, si nullus est pater, nec filius, & hoc quidem certè in essentia, nam in alijs non sunt relatiua. Nullum patrem video, ergo nec filium, nullus filius docet, ergo nec pater. Videndum vt rite assignetur relatiuum, est seruus, ergo serui seruus, nõ benè sed heri seruus. Nam vt alibi est declaratum, sunt quædam paria, amicus inimicus, simile dissimile. Alia imparia, pater filius herus seruus. Neque vero proba est hæc collectio est seruus, ergo comitatur herum, sed sic, ergo est sub hero, sicut est herus, ergo possidet seruuum: quãdo in hoc est seruus, vt sit sub heri potestate, & herus, vt possideat seruuum. Iste non est

est pater, ergo nec filius, inualida est, non enim
dictum est tollere mutuo in singulis quod di-
ctum est in vniuersali, in singulis autem impa-
ribus contra valent, vt respectu eiusdem posito
vno, tollatur alterum, hic est discipulus huius,
ergo non magister huius, nec solum compara-
tione eiusdem relatiui, sed eiusdem rei, in qua
committuntur, nam potest esse simul, & disci-
pulus & magister in diuersis rebus. In aduersis
& priuantibus, & disitis ad infirmandum, cer-
namus prius, an illa habeant medium, an sit
tempus & subiectum a natura definitum, istuc
vero aliunde peterur. Obseruandum etiam in
quo sint talia, do coenam hominibus, non er-
go equis, non sunt in hoc disita, hic homo ha-
bet seruos albatos, non igitur attratos haud
sunt utiq; in hoc aduersa, si que delectat visus,
huic est caecitas inimica, in hoc priuantia, quip-
pe quam deiectionem potest adferre visus,
hanc caecitate necesse est amitti. In gradatio-
ne vis est, vt quod sequitur ad minus, nempe
ad illarum, sequatur ad maius, nempe ad ratio-
nem. Cauenda est hic, vt in omni genere argu-
mentationis, ambiguitas, studiosi amant ocium,
qui amant ocium sunt desides, aliud est ocium,
studiosorum, aliud desidium. Quod hic puer
vult, mater vult, quod mater, vult pater: qd pa-
ter, populus, puer vult pila ludere, ergo & po-
pulus, aliud est, quod puer vult matrem velle,
aliud

Gradatio.

aliud quod mater patrem, aliud quod pater po-
pulum. Transitus est obseruandus, in quo sepe
dolus delitescit: qui benè potat, benè dormit,
qui benè dormit, nihil facit: trāsitur ad aliud tē-
pus nam non in eodē tempore potatur & dor-
mitur. Qui nouit Laurentiū Vallam, nouit &
Theodorum Gazam, qui hunc & Politianum,
qui Politianum, Erasmus, ergo qui Vallam,
Erasmus quoq;. Sed in hoc vniuersalitas tue-
tur complexionem: neq; enim verum est illo-
rum aliquod in vniuersali. In Soritis multi erāt
Stoici, & Academici noui illi ab Archesila &
Carneade in deprehendendo quæ sunt multa,
pauca, magna, parua, longa, breuia, lata, angu-
sta: omnia deniq; quæ dimensu quodam animi
sunt per partes constituta, de quibus Cicero 4.
Academicarum questionum meminuit. Res val-
de est spinosa, & inuoluta, propterea quod ter-
minos, qui cōsistunt in diuisibili, ipsi in insectili
puncto collocari postulant: nec aceruus cōsum-
matur singulis granorum, nec destruitur, vt nec
pilis cauda equi, aut numatim est diuitias desi-
nere, sed multis simul: ita adijciendo per indiui-
dua mirum nō est, nunq̄ attingi, quod quæri-
tur. Adde quod nec per diuisibilia & quidē la-
ta, qualis sunt q̄ mēs nostra in illis capit: itaq;
per modios tritici est agendum, per crines cen-
tenus, per sestertia & huiusmodi. Dilemma ap-
tum est ad perturbandum, quum animus velut
indagine

Sorita.

Dilemma.

indagine vndiq; circumseptus, nō statim pro-
 spicit exitum, aperitur effugium, si quid sit me-
 dium, vt si duxeris diuitem, erit ferendū, si ino-
 pem, alendum, medium est aliquid, vel refle-
 ctitur antistræphōte. Si diuitem, lautius viuā,
 si pauperem, quietius. Sed hoc nō tam est re- *Reflexa.*
 fellere dictum, q̄ tegere. Sunt aliæ probatio- *Probatio.*
 nes conclusionis, quæ reflexæ nominantur, quā
 negata illatione sumitur eius oppositū, ex quo
 solo, vel eo cum vna parte propositi res ad id
 quod est maximum, & grauissimū deducitur,
 duo contradictoria ostendi simul vera illi prio-
 res ductus sunt recti ad docendū & dicendum
 apti, iste ad refellendum, quemadmodum syllo-
 gismi, qui affirmatiue concludunt, valent ad
 probandū, qui negatiue ad improbandū, at ve-
 ro in probationibus & quasi putatione hac tā-
 diu progrediendū, quoad veniatur vel ad ea,
 quæ necessaria sit, & omnibus cognita, vel ad
 probabilem, cui sine absurditate magna refra-
 gari non liceat probabile dicetur, quod cuiq;
 est receptū. Huc vsq; postquā perueneris, si per-
 gas vltius, periculū erit, nimirum ne sicut est
 in prouerbio, nimirum scalpendo sanguinē eli-
 cias, & viuū rescindas, dum superuacanea im-
 modicè consecretaris putādo illud in primis ani-
 maduerti conuenit, non omnia rerum genera, *Quæ sit*
 quæ posita sunt in dubitatione partibus con- *argumen-*
 stabiliiri argumentis posse. Quæ res sub sensu- *torum ra-*
 um nō- *tio.*

G

um nō-
tio.

um notitiā cadunt, aptiora argumenta admittunt, & sensui magis exposita: cuius notæ sunt effecta naturalium causarum. Quæ vero mente, ex informationibus, quas hominum mentibus natura insculpsit fulciuntur, ut multa in mathematicis, & prima philosophia. Porro quæ mentis indagine, quasi eruuntur abdita & abstrusa, credibilibus sunt quibusdā contēta, vel sensibus, vel menti magis accommodatis. At quæ prudentia & usu vitæ ea exposcunt, ad quæ plura sequuntur publice aut priuatim cōmoda, vel certē potiora, & ampliora, vel pauciora & leuiora dāna siue in futurū, siue in præsens. Multum valet in his autoritas illorum qui sapiētia & probitate præstātes esse hoīes existimātur, de quo numero sunt studiosi sapientiæ, senes, negotiorū callidi, legūlatores, magistratus, senatores, populū ac ciuitates, quas accepimus bene institutas. In his quæ docentur coelitus, quæq; sensum omnē captumq; humani animi exuperant, & à solo deo cognosci pōt & tradi, potissimas partes ferunt dei ipsius autoritas, tum eorum, quos à deo illustratos & edoctos esse euidentia nobis signa ostendunt, ut argumēta quibus dicta sua confirmant, dictis ipsis sint similia, nempe diuina & naturā excedentia. At quemadmodum probabilia sunt ad probationē ambigui admodum, ita absurda ingeruntur ad reuincendū contradictorum eius, quos nos intendimus. Ut patet
etiam

etas est summum bonorum, nam ni esset cedo
quid aliud in eius locū reponeres: id ne qd' sitū
esset in animo, an quod in corpore: q̄ in corpo
re, cōmunia sunt nobis cum beluis: q̄ in animo
cū dæmonibus, dēpta pietate: summa erga ho
minum boni vel beluæ participes erūt, vel dæ
mones, qd' est nefas. Absurda eodē propemo
dum censentur, quo probabilia. Hactenus de
tacita & vera cuiuscūq; secū disputatione. Nam
in cōmissa illa & cōparata, q̄ est duorū non per
inde potest verū cerni, ac excudi, vt in illa inte
riore. Conflictu enim externo mētis acies tur
batur vel affectionibus suscitatis, vel attentioe
ad ea, q̄ sunt foris. Adde qd' quēadmodū pru
denter inquit Arist duorū dissertio, & sermo
cinatio per orationē fit: in qua multę occultā
fraudes, & latenter irrepunt: q̄ vero disputatio
est vnus secū, fit per res, q̄ omnia liquidius ante
oculos statuūt, ac apertius. Itaq; etiam in ea, q̄
vnus est disputatio, si per orationē exerceatur
multas se insinuare in animū fraudes est neces
sum. Quippe fraus omnis ex similitudine oriē
vel veri vel boni, at similitudo anceps maior
promptiorq; est intelligentia dictionū, quā re
rum. Sed de hac nobis aliquorum siue discepta
tione siue altercatione paucula quedā video dī
cēda: ne hæc scholę exercitatio desiderari tanq̄
prætermissa à nobis possis: tametsi de ea multa
& in libris Topicis, & in Elenchis Aristoteles

Disputatio
exterior.

præcepta tradidit. Nos vero breuiter more nostro ac dilucidè summas contrahemus earū rerum, quæ nobis ad hoc institutum videbuntur facere. Caput est in altercatiōe omni vt sciatur, quid positū sit in cōtrouersia, & de quo disputātes contendunt, alioquī enim temerè ac ridicule multa vltro citroq; iactabunt, quod passim videmus in disceparationibus cōtingere, vt alter aut cœlum agitari, alter conetur euincere terrā in mundi medio quiescere, proximum est vt respondens perspectam illorum omnium habeat naturam, de quibus agitur, vt ea non solū à diuersis atq; absimilibus cogitatione ac animi iudicio seiungat, sed à conformibus etiā, quæq; ex similitudine fucū posset faceret ad fraudē, ex hac separatione nasceat, vt & distinguere ambigua, & diuidere, & diffinire rectè valeat, quorum trium ignorantia magnos in disputādo & turbulentos errores affert, clamoresq; absonos plenos contentiōnis, quū velut andabatae, qui pedem contulerunt, oculis clausis dimicent, & plerunq; vsu venit, vt quæ quis ignorat, tueatur pertinacius, siue oppugnet, seu propugnet, ratus vera sese asseuerare, quū contra qui à falso se stare nō nescit, lentius agit, ac remissius ex consciētia videlicet, nō ignarus captare se tantum. Quapropter vt hæc vterq; clarius peruideat, conseruandum est iudicium integrum, minime perturbatum tempestate aliqua affectio-

nuna

num, quæ omnes incitatae & accensæ velut fumum quendam rationi & facultati iudicandi offundunt, quo veri perspicientia impeditur, utilissimum est altercando non commoueri animo. Idcirco biliosi, feruidi, irritabiles, captores inanis gloriolæ, non sunt idonei altercationi, præsertim aduersus sophistam vasrum. Incenduntur enim facile & censuræ tanquam deiciuntur de gradu eorum, quæ dicuntur, ut quid vel antisophista obiiciat, vel ipsi respondeant, non attendant. Tum studiosus gloriæ adeo est obseruandis omnium vultibus, gestibus, nutibus occupatus, ut ea quæ dicuntur non possit animaduvertere.

Confine intelligentiæ rerum earum, quæ in contentione versantur illud est, ut aduersarij verba probè intelligat, quo sensu ab illo soleant dici, quo ab auditoribus accipi. Sophista est, qui non veritatem sequitur rei, sed opinionem auditorum venatur de se, in qua finem sibi statuit vel questum, vel gloriam, vel irrisionem aduersarij, aut aliquid affectus prauis. Quare argumentis laborat efficere, ut quæ antisophista confirmari labefacta ab se. Alij credant, & ostendisse falsa esse, illum pro veris complexatum, falsum id esse duorum modorum altero conuicitur, vel quum idem ipse qui affirmarat, victus ratione & argumentis confitetur se falsum sensisse, quæ est repugnantia vel quum id quo argumentorum visibus protrudatur contrarium est opinioni eorum

Sophista

tum, quibus fides iure debeatur, nempe sensu
omnium, vel opinioni ac sententiæ eorum, qui
adsunt, vel receptis vulgo opiniõibus, vel eo-
rum, qui pro sapientibus habentur censure ac
iudicio, quæ pro falsis manifesto exhibentur,
aut pro absurdis atq; absonis reprobantur, aut
non admittuntur tanquam paradoxa. Sed ma-
ximè omniũ cupit sophista ab ipso eodem ad-
uersario confessionem cõtrarij extorquere. Nõ
enim perinde & gloriosum sibi ducit, & diuers-
sam tueri partem turpe, si ille falsum aliquod
vltro admittat, quibus si quid paradoxũ ac du-
bium pugnatus cum eo, quod posuerat alter-
cando cogatur recipere, molem & vim ratio-
num non iustinens. Sed nos tamen momenta-
neam illam gloriam tantopere affectanti con-
cedamus facilè, modo ipsi veritatis fructũ re-
neamus, vt si aberrasse sentiamus nos, reuerta-
mur in vnam siue vltro, siue ab alio admoniti.
Quippe satius & fructuosius est recta ingredi,
quo intendimus, quàm aduersario non conce-
dere de victoria, & pertinaciter tueri falsum, in-
uicti quidem persisteremus, sed contra verum,
a quo vinci longè præstat, quàm omnino con-
tra illud tendere. Vinci ab homine cõtra dispu-
tante leue est ac breuissimum dedecus, falli au-
tem & decipi malum ac miserum, nec raro vinci-
te ab altercante perpussillum honorem illi pa-
sit, tibi vero emolumentũ grande, discedit ille
infla

Inflatus victoria, tu liberatus ignorantia tanto
ac tam foedo malo. Vitanda sunt tamen in so-
phista tria potissimum captionū genera. Am-
biguitas omnis seu verbī vnius, seu multorum,
propositio falsorum dogmatū pro veris, nem-
pe vniuersaliter dictorū, quæ tantū in parte va-
lent, & colligēdæ argumētationis nexus frau-
dulentus. Nec eius inter disputandum doli nos
lateāt. Nam ille in quibus situs est negotij toti-
us cardo, agere se contemptim simulat quo in
negligentius à respondente expendatur. Tum
quæ perpera sunt admissa, vel concessa, vel ne-
gata, blandis verbis approbat, ac extollit, vt in
eo confirmetur respondens, quod cum assensu
& laude videt accipi. Itaq; suspectus sit nobis
siue negligentia præ se ferens, siue approbatio-
nem. Proponit etiam quæstiones varias, vt ex
responsionibus in eam demum inuadat, quam
se ex animi sui sententia tractaturum confidat.
Quocirca vnā aliquam iubebimus eam deli-
gere, quam velit ventilari. Quod si cœperit ex
nostro campo digredi, sensimq; & dolose aliorū
sum pellicere, cogēdus est, vt de statu quæstio-
nis disputet, deq; eo, in quo versabit cōtrouer-
sia, idq; impensè vrgendū, ne imprudentes eo
delabamur, de quo diceremus imparati. Qua-
propter si disceptatio certa sit ac finita, expedi-
et in respōdēdo paulo pluribus explicare rē, ne
ambiguitate obfuscetur, & ignorantia clauda-
tur,

*Sophista
respondēs.*

tur, vnde breuissimo gradu dolus inuadat tanquam ex insidijs ad quem patefaciundum si post lōgam altercationem reuertamur, credat aliquis non sponte nostra huc nos venisse, sed deuolutos sophistæ impulsibus, sin aut̄ disputatio incerta sit atq; infinita, de eo quodcunq; poterit ex verbis nostris sophista arripere, consultissimum fuerit breuissima responsa interrogationibus reddere, & maxime ad rem. Sed sophista interim sinit sese rogari, vt ostēdat, q̄ facile nos eludet, ac frustrabitur, itaq; responsiones ædit ancipites, vt semper sibi caueat effugiū, opere preciiū fuerit exigere vt apertius loquatur, & rem diffinitione ac diuisione planior faciat, vt omnia circumstantibus reddantur apertiora, ne & nos illi videamur cauillando similes. Itaq; dabimus nos operam ne ludere atq; argutari in verbis existimemur, sed ijs vtemur naturaliter eo ipso sensu, quo ab spectantibus consueuerunt sumi. Sunt interrogationes nonnullæ multiplices, quarum simplex & categorica responsio ambiguitatem ex quaesito trahit, fecisti sacrilegum: non feci, dubium est, quorsum ea responsio pertineat, vtrum qd̄ nihil omnino surripuerit, an q̄ non sacrum, vel non de sacro, hoc si sophista recusat exponere, vt captantem deludat, nos ipsi simplicius querendo explicabimus, surripuisti hoc an non? Si negat, id̄ est euicendum, sin fatetur, ad hoc sacrum

erum, itidem si abnuít, probandum si annuít,
an de sacro. Idem accidit in quouis argumento
multipliciter, vt si quis persuadere velit impe-
riũ vnus esse optimum, q̄ Romani in maxi-
mis quibusq̄ reipublice periculis ad creandum
dictatorem soliti essent confugere. Sophista hic
inueniet, quo & Romanos perstringat, non fu-
isse illam bene constitutam ciuitatem, & de di-
ctatoribus cauilletur, vertisse illos ciuilem & le-
gitimam potentiam in tyrannidẽ, vt Syllam,
& Cæsarem & legitimam potentiã in tyranni-
dem, vt Syllam & Cæsarem, & q̄ non semper
id sit factum, vt in cæde Clodiana, & alia nõ-
nunquam, itaq̄ adherabit, cui erit cõmodis-
simum, vel ex vno in aliud transiliet, nos vero in
eo vt sistat, postulabimus, in quo sit caput con-
trouersie. Sed ille tamen quum de re non ha-
bet iam amplius quod dicat, ad auertendã ab
argumentis audientium intentionem, vel dicit
de aduersario, vel ad res alias egreditur, quæ
iam ad disputationem, non pertinent, &
veri inquisitionem, sed ad rixam,
aut inanẽ quãdã velitationẽ,
in quibusdam vero inte-
rim ad præsentem
necessitatem
elabendi.

IOANNES MVRMELL.

Ruromundensis, Petro suo

S. P. D.

Rogas me sedulo, et crebro adhortaris Petre suauissime, ut breui te arte instituam, quam ratione uoces eas, quae in categorijs locum habent, discernere queas ab illis quae a praedicamentis alienae sunt: Et ut certos quosdam tibi tradam canones, quibus facile discas, in quo unaqueque uox categorica praedicamento reponatur. Ardua profecto res est, et saeuis caninae facundiae morsibus exposita, in tam uaria et multijuga opinionum diuersitate, dialecticorum alijs alia sentientibus, breui ea libello perstringere, quae pluribus longissimi operis uoluminibus uix satis exacte potuerint uel a doctissimo philosopho explicari. Cum tamen meum cogitem, quantum utilitatis tibi studiosisq; liberalium artium iuuenibus ex hoc quod petis, prouenturum sit: utcumq; pro temporis quo suppetit otium, breuitate, uotis tuis non more gerere non possum. Accipe igitur lucubratiunculam hanc nostram, ut habeas isagogen quandam in Aristotelis decem praedicamentis: Et ingenium tuum ne graemae solum, sed fructuosis etiam dialecticae studijs excolito, ut uera dinoscens a falsis et finiendi, diuidendi, argumentandiq; rationem tenes rectam uiam habueris, et iter expeditum ad optimam quamq; disciplinam. Vale, et praceptorum tuum dilige. Alemariae Phrysiarum oppido studijs liberalibus sane quam accommodato. Anno a partu uirginis M. D. XIII. Idibus septembris.

IN

IN ARISTO

TELIS DECEM PRAEDICA-
menta Ioannis Murmeliſ Rure-
mundenſis iſagoge,



Sagogen hanc in decē Ari-
stotelis peripateticorū prin-
cipis categorias trib⁹ dige-
ro capitibus, quorū primo
quidē agā de vocibus à præ-
dicamentorū serie reiectis
& alieno, secundo autē su-
per ijs, quibus in ordine categorico locus est:
tertio vero dictiones aliquot tradā, quæ vel ad
diuerſa prædicamenta, vel ad vnius eiusdemq;
ſeiunctas ſpecies referuntur. Porro vt hæc faci-
lius memoriæ cōmendari poſſint, & tenatius
inhærere, ſingula capita in ſuos titulos iuxta dī-
ſtributa.

DE VOCIBVS A PRAEDICAMEN-
torum ſerie reiectis & alienis Iſagoges
in Ariſtotelis prædicamenta.

Caput Primum.

Decem eſſe prædicamenta	Titulus: 1
De prædicamentorum quaſitiuis	tit. 2
Nouem regulis cognoſci voces à prædicamen- tis alienas.	titu. 3
De reiectis à prædicamentorum ordine vocia- bus	

I O A N N. M V R M E L L.

bus regularum nouem prima	titu. 4
Secunda regula	titu. 5
Tertia regula	titu. 6
Quarta regula	titu. 7
Quinta regula	titu. 8
Sexta regula	titu. 9
Septima regula	titu. 10
Octaua regula	titu. 11
Nona regula	titu. 12
Bifariã aliqd locũ habere in p̄dicamẽto	tit. 13
De dictiõib9 qb9 in ordine categorico loc9 est.	
Caput Ifagoges huius secundum,	
Series categoriæ substantiæ	titu. 1
De ijs quæ sunt prædicamenti substantiæ, Re-	
gula prima	titu. 2
Regula secunda	titu. 3
Regula tertia	titu. 4
Regula quarta	titu. 5
Regula quinta	titu. 6
Regula sexta	titu. 7
Regula septima	titu. 8
Regula octaua	titu. 9
Regula nona	titu. 10
Regula decima	titu. 11
Regula vndecima	titu. 12
Regula duodecima	titu. 13

Series categoriæ quantitatis.

De ijs quæ sunt prædicamenti quantitatis.

Regula

DE PRAEDICAMEN.

Regula prima	titu. 15
Regula secunda	titu. 16
Tertia regula	titu. 17
Quarta regula	titu. 18
Quinta regula	titu. 19
Series praedicamenti ad aliquid	titu. 20
De ijs quæ sunt praedicamenti ad aliquid	
Prima regula	titu. 21
Secunda	titu. 22
Tertia	titu. 23
Series praedicamenti qualitatis	titu. 24
De ijs quæ sunt primæ speciei qualitatis,	
Regula prima	titu. 25
Secunda regula	titu. 26
Tertia regula	titu. 27
Quarta regula	titu. 28
De ijs quæ sunt secundæ speciei qualitatis,	
Regula prima	titu. 29
Secunda regula.	titu. 30
Tertia regula	titu. 31
De ijs quæ sunt tertiæ speciei qualitatis.	
Regula prima	titu. 32
Secunda regula	titu. 33
Tertia regula	titu. 34
De ijs quæ sunt quartæ speciei qualitatis	
Regula prima	titu. 35
Secunda regula	titu. 36
Series praedicamenti actionis	titu. 37
De	

I O A N N. M V R M E L L.

De ijs quæ sunt in prædicamento actionis,	titu. 38
Regula	
Series prædicamenti passionis	titu. 39
De ijs quæ sunt in prædicamento passionis,	
Regula	titu. 40
Series prædicamenti vbi	titu. 41
Descriptio vbi ex Trapezontio	titu. 42
De ijs, q̄ sunt in prædicamēto vbi, regula	titu. 43
Series prædicamenti quando	titu. 44
Descriptio quando ex Trapezontio	titu. 45
De ijs q̄ sunt in prædicamēto qñ, regula	titu. 46
Series prædicamenti situs.	titu. 47
Descriptio situs ex Trapezontio	titu. 48
De ijs q̄ sunt in prædicamento situs, reg.	tit. 49
Series prædicamenti habitus	titu. 50
Descriptio habitus	titu. 51
De ijs q̄ sunt in prædicamēto habitus, reg.	titu. 52
<i>De dictionibus aliquot, quæ uel ad diuersa prædicamenta, uel ad manus eiusdemq; seiunctæ species referuntur. Caput huius introductionis tertium.</i>	
Quod vna eademq; species secundū aliud atq; aliud diuersis generibus supponi possit.	tit. 1
De habitu, dispositione, scientia, sensu, & positione.	titu. 2
De raro, spisso, leui, & aspero	titu. 3
De calido, humido, & lumine	titu. 4
De doctore, imperatore, viro, comite,	titu. 5
DE	

DE PRÆDICAMENTIS.

DE VOCIBVS A PRÆDICAMENTIS

torum serie reiectis & alienis isagoges

in Aristotelis prædicamenta,

Caput Primum.

Decem esse prædicamenta Titulus primus.

Primus omnium Aristoteles decem categorias constituit, quæ à Quintiliano elementa dicuntur, à Seuer. Boethio prædicamenta, Sunt aut hæc, Substantia, Quæritas, Ad aliquid, Qualitas, Agere, Pati, Vbi, Quando, Situs, & Habere. Substantia est (vt singulatim exempla referantur) vt homo. Quæritas, vt linea. Ad aliquid, vt pater. Qualitas, vt iustitia. Agere vt secare. Pati vt secari. Vbi vt in Academia. Quando, vt hodie. Situs, vt iacere. Habere, vt togatum esse. Sed & his ea versiculis complexi sumus.

Arbor, sex, seruos, feruore, refrigerat, vltos.
Ruri, cras, stabo, nec tunicatus ero.

De prædicamentorum quæsitis. Titulus secundus.

Decem prædicamentorum quæsitia tradunt eruditi: Quid quantum, quid huius, quale, quid agens, quid patiens, vbi, quando, quomodo, situm est, quomodo habitatum est. Cum enim quæritur, quid est Socrates: respondetur, homo, animal, aut substantia, quæ à quibusdam dicitur essentia. Quantum est Socrates: interrogatus respondet, quadrangulus. Quid Platonis: magister. Qualis est temperans. Quid agit: disputat. Quid patitur: verbe-

I O A N N. M V R M E L L.

verberatur. Vbi philosophatur: Athenis. Quādo locutus est Alcibiadi: hodie. Quomodo factus est: stat. Quomō habituatus est: palliatus.

Novem regulis cognosci voces à prædicamentis alienas. Titulus III.

Quemadmodū (vt Seuerini Boethij verbis utar) qui ferere ingenium volet agrum, liberat arua prius fructibus, falce, rubos, filicemq; resecat, ita & nos primū te docebimus, quæ voces à prædicamentis alienæ sint, vt ijs reiectis, in prædicamentorum serie collocandos faciliori ratione comprehendas. Tenendę igitur, tibi sunt nouę regulæ, quas his triuialibus versiculis comprehendit. Cōplexū, cōsignificans, fictū, polysemum. Vox logicæ, deus, excedens, priuatio, parsq; . Hæc studiose categorijs non accipiuntur.

De rectis à prædicamentorum ordine uocibus regularum nouem prima. Titulus III.

Prima regularum hæc est: Nulla vox cōplexa, nisi simplicis loco accipiatur, in prædicamento ponit̄, proinde si quis te rogarit, in qua categoria collocat̄ iustus homo, in nulla respōdeto. Signatē aut̄ additū est, nisi simplicis loco accipiatur, q̄ ob verborum inopiā sepe nūero pluribus pro vno cogimur uti: ita vt tametsi voces sunt plures, intellectus tñ sit simplex, & res quæ significatur, vna Exēpli gratia, corpus animatum licet vox sit complexa, genus tñ est vnū, sic & quanta

DE PRAEDICAMENTIS.

fic & quantitas continua, & quantitas discreta.

Secunda regula. Titulus V.

Nulli syncategoremati locus est in categoria. συγκατα-
Syncategorema dicitur, vox significatiua, γόρημα.
id est, ea quæ nec vniuersalem rem, nec particu-
larem significat, sed conſignificat, id est, cū alia
dictione orationem ad significandum ingredi-
tur, vt omnis, nullus, aliquis, quidā, hic, ille, vti-
nam, quidem, apud, heu. Sciendū hoc loco est
ex octo partibus orationis (quas grāmatici cō-
stituunt) duabus duntaxat, nomini quidem &
verbo locum parere prædicamenti, participiū
aut sub verbo suo cōprehendi, aduerbium ve-
re sub nomine. Nam vt literati docent, & no-
men in aduerbium, & rursus aduerbium in no-
men aliquando trāsit. Loci aduerbia ad prædi-
camentum vbi pertinent, temporis ad quādo.
Qualitatis vero & quātitatis aduerbia ad qua-
litem quantitatemq; reducuntur.

Tertia regula. Titulus VI

Omnis vox rei cōmentitiæ & fabulosæ (quā
natura nō fert) significatiua est à prædicamen-
tis aliena: vt Cerberus, Sphinx, Chimæra, Si-
ren, Cyclops, Harpiya, Styx, Acheron.

Quarta regula. Titulus VII.

Nulla vox polysema in categoriam recipit,
nisi ambiguitate deposita vnum significat πο- πολυσή-
λύσημα græce dicitur, multa significās, vt ca- μος.

H

nister-

I O A N N. M V R M E L L.

nis terrestrē significat, marinū & cœlestē, vñ le-
pidū extat Ausonij de lepore capto epigrāma.

Trinacrii quondam currentem in littoris ora

Ante canes leporem cœruleus rapuit.

At lepus, in me om̄is terre pelagicq; rapina est

Forſitan & cœli, si canis astra tenet.

Quinta regula Titulus VIII.

Voces logicę quas aliarum gratia dialectici
vsurpāt, sunt à prædicamentis alienę. Voces lo-
gicas, id est, rationales appello eas, q̄s iuniores
terminos secūde intentionis vocāt, cuiusmodi
sunt. Nomen, verbū, oratio, ppositio, subiectū,
prædicatū, genus, species, & id genus alia.

Sexta regula Titu IX.

Nulli dictioni infinitum significati locus est
in prædicamento. Infinitum quidem actu in-
telligo non potentia, proinde deus, numen,
æternum, increatum, creator, & id genus reli-
qua nullius sunt categoriæ.

Septima regula Titu. X.

Omnis vox omnia rerum ambiēs genera lo-
co categoriæ vacat. Sunt autem quatuor (quæ
vulgo transcendentia dicuntur) teste Iohan. Pi-
co, ens, vnum, verum, & bonum, si ita accipian-
tur, vt eorū negationes sint, nihil, diuisum, fal-
sum & malū. Addita sunt illis alia duo, aliquid
& res, ab recentioribus Auicennam secutis.

Octaua regula Titu. XI.

Nulla

DE PRÆDICAMEN.

Nulla vox priuationē significās locū habet
In p̄dicamento, vt cæcitas, surditas, tenebræ.

Nona regula Titu. XII.

Nulla vox patris principijue materiales seu
cōstitutiuū significatiua, in prædicamenti serie
reponitur. Proinde forma, materia, corpus, ani-
ma, caput, pectus, venter, manus, pes, & id ge-
nus reliqua sunt à prædicamentis reiecta.

Bifariam aliquid locum habere in prædicamento.

Titulus decimustertius.

Bifariam aliquid in prædicamento locū ha-
bet: nam aut per se in recta serie collocatur, vt
genera, species, & indiuidua, aut per aliud præ-
dicamento attinet, idq̄ trifariā. Primum enim
differentiæ omnes specificæ eius sunt prædica-
mēti cuius genera, quorū illæ sunt diuisiue, non
secundæ qualitatis speciēi, vt ex neotericis qui-
dam loquaculi sophistæ falso autumant. Dein-
de aut partes & principia è prædicamento atti-
nent, cuius ea sunt, quæ ex illis constituuntur, vt
caput, pes, manus, ad substantiā referuntur, vni-
tas, & punctum ad quantitatem. Postremo ve-
ro motus, species ad suum quæq̄ terminum re-
ducuntur: vt generatio & corruptio ad substan-
tiam, clementū & diminutio ad quantitatem,
alteratio ad qualitatem, loci mutatio ad vbi. Tra-
pezontius motum quidem speciem quātitatis
facit: generare vero, corrumpere, augere, dimi-

H 2 nuere

I O A N. M V R M E L L.

nuere, alterare, & loco mouere actioni subijcit.
Sunt, qui motū ob ambiguitatem à p̄dicamen-
torū serie remouent, cū de suis (q̄ vident̄ spe-
cies) nō vniuoce, verū æquiuoce p̄dicetur.

De dictiōibus quibus in ordine categorico locus est

Caput isagoges huius secundum.

Series categoriæ substantiæ, Titu. I.

Substantia

Corporea

Incorporea

Corpus

Simplex

Mistum

Corpus mistum

Animatum

Inanimatum

Corpus animatum

Sensibile

Insensibile

Animal

Rationale

Irrationale

Homo

Socrates

Plato

Xenophon

De ijs quæ sunt p̄dicamenti substantiæ,

Regula prima.

Titu. II.

Omne nomen significans substantiam incor-
poreã, est primi p̄dicamenti, ut spiritus, angelus,
demon, manes, hoc nomine nunc intelligo ani-
mã à corpore separatã. Propertius, Sunt ali-
quid manes, letū nō omnia finit. Angelus autē
bifariam accipitur, nūc pro spiritu, estq̄ huius
categoriæ, nunc vt est officij nomen, non sub-
stantiæ

stantiæ (nā ἄγγελος græce interpretatur, nuncius
latine) & primi generis qualitatis, tāetsi qui-
dam in prædicamentum ad aliquid cōiiciant.

Regula secunda Titulus III.

Mundus, cœlū, orbis cœlestes, planetæ, stel-
læ, & elementa sunt huius prædicamēti. Cœli
sunt decem: Cœlum empyreum, cœlū crystal-
linum, firmamentum, & septem Planetarū or-
bes. Planetæ septem sunt; Saturnus, Iuppiter,
Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna, quos hoc
versu cōplexi sumus. Luna, Hermes, Cypris,
Sol, Mars, Iouis & pater huius. Rerum natura-
liū elementa sunt quatuor, ignis, aer, aqua, &
terra, de quibus hic noster est versiculus.

Aer, ignis, aqua, & tellus sunt semina rerum.

Regula tertia Titulus III.

Omnis animalis species est prædicamenti sub-
stantiæ. Specierum animalis, hæ sunt specialisfi-
mæ, vt homo, equus, leo, illæ vero subalterne, vt
pecus, bestia, belua, fera, quadrupes, piscis, auis
serpēs vermis. Pecudis species sunt, bos, equus,
asinus, mulus, camelus, ovis, capra, porcus, cer-
uus elephas, & id genus reliqua. Feræ species
sunt, leo, vrsus, pardus, tigris, lup⁹, vulpes, & id
genus cætera. Prisci subiiciuntur, balena, cæcer
conger, mullus, salmo, carpo, concha, ostreum,
gobio, rhombus, & cæteræ species innumeræ.
Auis species sunt, aquila, philomela, bubo, no-
ctua, ciconia, passer, coruus, monedula, psittax

H 3 cus

I O A N N. M V R M E L L.

cus, perdix, turdus, vultur &c. Serpentis, dra-
co basiliscus, vipera carastes, seps natrix. Vera-
mis, apes, arane9, bombix, blata, culex, crabro,
gryllus, pulex, limax, papilio, hirundo, tineas,
teredo, & eiusmodi alia.

Regula quarta Titu. V.

Omne nomē arboris est in categorijs substātie
vt pomus, malus, pirus, abies, laur9, salix, betu-
la, vitis, robur, taxus, castanea, fagus, cupressus

Regula quinta Titulus VI.

Omne nomen herbæ huius est prædicamen-
ti, vt amaracus, abrotanum, mandagora, mala-
na, hyssopus, lactuca, fœniculum, elleborus, ru-
ta, pulegium, salvia, lappa, tribulus, anethum,
urtica, trifolium.

Regula sexta Titu. VII.

Omne fruticis nomen est huius categoriæ.

Frutex qd. Dicitur autem frutex, qui ad iustā arboris ma-
gnitudinem non assurgat, & statura similis est
herbis multis, sed non demoriturus, neq; are-
scit vt herba, verum perennis est. Huius species
sunt, nardus, myrrha, casia, genista, papyrus,
arundo. Sciendū est nonnullas res eadem ab
his inter arbusculas, ab illis inter frutices nume-
rari, vt iuniperū, balsamum, myrrham, & id ge-
nus alia. De nonnullis etiam sint ne magis her-
bæ, an frutices dubitatur. Nec hoc ignoran-
dum est à Nicephoro corpus animatum sensibi-
bile

DE PRAEDICAMEN.

bile diuidi in animal & zoophitū. Dicitur autem ζωόφυτον quod nec animalium, nec plantarum, sed tertiam ex vtriusque naturam habet, ^{ζωόφυτον} ^{τοπον} quid. ut urtica, marina, & spongia, de quibus vide Plinium libro 9. cap. 45.

Regula septima Titu. VIII.

Omnia florum, fructuum, & aromatum nomina, si capiātur vt res totas & per se integras significant, sunt in ordine huius praedicamenti, vt rosa, liliū, narcissus, viola, ligultrum, calta, pomum, malum, pyrum, prunum, cerasum, morum, bacca, oliua, cornum, ficus, glans, mespilum, nux, iuglans, castanea, auellana, aroma, saccharum, cinnamomum, zingiber, piper, gatyophylon, & id genus reliqua.

Regula octaua Titulus IX.

Frumentorum & leguminum nomina sunt huius categoriae, vt triticum, siligo, far, hordeum, pannicum, miliū, auena, faba, pisum, lens, aruum, lupinus, vitia.

Regula nona Titulus X.

Lapidum & gemmarum vocabula sunt huius praedicamenti, vt adamas, marmor, magnes, crystallus, succinum, smaragdus, iaspis, corallium, achates, carbunculus, chrysolitus, isapphirus, silex, thophus, pumex.

Regula decima Titulus XI.

Omnia metallorum & fossiliū nomina sunt

H 4 in praes

Vernix no

I O A N N. M V R M E L.

mē est neq; in prædicamēto substantiæ, vt aurū, argentum, græcū neq; electrum, æs, orichalchum, stannum, plumbum latinū, sed ferrum, alumen, sulphur, vitrum, sal, cadmia, à barbari= vernix, minium, chryfocola, & reliqua.

et uulga

Regula undecima

Titulus XII.

ri appella=

Omnia impressionum nomina, siue eæ sint

tiōe in for ignitæ, siue aeræ, siue aqueæ, siue terreæ, siue mam latinā radiorum apparatione fiāt, huius sunt, prædica translātū. mētī. Impressio à phlosophis res naturales in=

Vulgo e= dagantibus, dicitur corpus mistū, imperfectū. Im

nim res ip= pressiones ignitæ sunt stipulæ ardētes, æges, da

sa uernis di li, sidus volās, candelæ, trabes, columnæ, tere=

citur. Est tes, lanceæ, clypei, globi, faces ignitæ, pyrami=

aut species des, draco volās & similes. Adduntur his * co

gūmi, quæ metes, & galaxias. Impressiones aqueæ sunt,

græcis san vapor, pluuia, ros, pruina, nix, grando, fontes

daracha di flumina, mare. Aeræ, venti, terræmotus, ful=

citur, ut q= mina, ecnephias, typhon. Quæ radiorum appa

busdam uis= ratione fiunt, sunt † halon, iris, virgæ, parelij.

detur. De terreis impressionibus in proxima regula

dictum est, vbi de metallis & fossilibus.

* καμήτης.

Regula duodecima.

Titu. XIII.

γαλαξίας

Omne nomen substantiā rei inanimatæ sig=

nificans est in categoria substantiæ. Hæc regu=

la continet in se quasdam suprapositas, & eam

breuitatis gratia dam9 ob multa de quib9 nō=

† αλώρ dum meminimus. Dicimus itaq; montē, collē,

† ιρις urbem, opidum, domum, templum, turrem, tu=

† παρήλιο nicā,

DE PRAEDICAMEN.

nicam, togā, gladium, cultrū, panem, vinū, lac,
 mel, cereuisiā, carnem, os, doliū, paterā, hastā,
 scrinnium, & id genus reliqua huius esse **prædicamēti**, nec assentimur ijs q̄ simpliciter aiūt **eius** tamen
 modi res ob figurā ab artifice inductā esse **de** à forma
 quarto ḡne qualitatis, cū substātia lōgè præpō **a** habet
 deret accidenti Quisquis rectè sentit, gladium **sit id quod**
 substātiā quidē esse, figurā vero eius qualitātē **est.**
 nō diffitetur. Quidā cōtendūt nullius esse præ-
 dicamēti nomina rerū artificio productarū, q̄
 substātiā simul & qualitātē complectantur.

Series categoriæ quātitatis Titu. XIII.

Quantitas

Continua

Discreta

Quantitas continua

Intrinssecus

Extrinssecus

mensuratiua

mensuratiua

Quātitas cōtinua in-
 trinssecus mēsuratiua

Latabilis

Illatabilis

Linea

Hæc linea

Ista linea

Illa linea.

De ijs, que sunt prædicamenti quātitatis.

Regula prima. Titu. XV.

Omne nomen magnitudinis est in prædicamē-
 to quātitatis, vt linea, superficies, corpus, lon-
 gitudō, latitudo, altitudo, profunditas, crasfi-
 ties, bicubitū, tricubitū, pedale, bipedale, tri-

H s pedale,

I O A N N. M V R M E L L.
pedale, sesquipedale, & id genus cætera.

Regula secunda Titu. XVI.

Omne nomen mensuræ ad hoc prædicamentum pertinet, vt vncia, digitus, palmus, pes, vlna, cubitum, passus stadium, diaulus, milium, dolichus, modius, sextarius, congius, hermina, choenix, vrna, cotyla, cyathus, as & partes eius si capiantur ita, vt meram quantitatem significent. Ponderū nomina meo iudicio sunt à prædicamentis aliena, q̄ cū quātitate qualitatem significāt, vt libra, semilibra, bilibris, trilibris, pōdo, talentū. Sed hæc doctioribus relinquo exactius disputanda. Illud quoq̄, sit ne linea species infima, an subalterna, quod & de tempore potest dubitari.

Tertia regula Titu. XVII.

Omne nomē numerale est huius categoriæ, vt duo, tria, quatuor, quinq̄, decem, centū, mille, binarius, ternarius, centenarius. Primus aut̄ secundus, tertius, & id genus alia, pertinent ad prædicamentum ad aliquid. Vnitas autem nō est numerus, sed eius principium.

Quarta regula Titu. XVIII.

Omnis modulus, quo dictionem dum ferimus, mensuramus, est huius prædicamenti, nā quantitatis, id est, quo syllabæ longæ breuēque mensuratur, ex quo prouenit oratio, species, discreta quantitatis,

Quinto

DE PRÆDICAMEN.

Quinta regula

Titu. XIX.

Locus & tempus sunt categoriæ quãtitatis, tametsi quidam locum in prædicamento ad aliquid reponant, & diuus Aurel. Augustinus in confessionum opere fateatur se, quid sit tempus, ignorare. Ac uñ quod huius prædicamenti esse censendum est, eternitatem vero nullius. Partes temporis sunt, hora, dies, septimana, mensis, annus, olympias, lustrum, seculum, & id genus reliqua.

Series prædicamenti ad aliquid.

Titu. XX.

Ad aliquid

Aequaliter
comparabile

Inæqualiter com
parabile

Ad aliqd inæqua
liter cõparabile

Dignus corre
latiuo

Indignus cor
relatiuo

Relatiuum cor
relatiuo dignus

Respiciẽs filiũ

Nõ respiciẽs filiũ

Pater

Hic pater

Iste pater

Ille pater.

De ijs quæ sunt prædicamenti ad aliquid.

Regula prima

Titu. XXI.

Oñe categorema principali significato rem significans non absolutã, sed alterius respecti
uane

I O A N N. M V R M E L L.

patronus
cuiusmodi
nomen.

uam, est prædicamenti ad aliquid, vt pater, fili
us, auus, nepos, maritus, vxor, focer, gener, ma
gister, discipulus, patronus, cliens, domus, ser
uus, rex, parasitus, patronus, libertus. (Est au
tem patronus nomen ambiguum, & modo ad
clientem refertur, modo ad liberum) dux, co
mes, duplum, dimidium, magnū, paruum, mul
tum, paucum, maius, minus, prius, posterius,
amicus, inimicus, hospes, ciuis, socius, sodalis,
hostis, similis, dissimilis, æqualis, inæqualis, &
alia sexcenta.

Secunda regula Tit. XXII.

Nomina cognationis & affinitatis sunt huius
categoriae: vt parens, proles, pater, filius, auus,
nepos, frater, soror, sobrinus, consobrinus, con
iunx, compater, affinis, leuir, focer, gener, vitri
cus, priuignus.

Tertia regula Tit. XXIII

Pleraque nomina cum præpositione compo
sita huius sunt prædicamenti: vt commilito, col
lega, confacerdos (qui græcè symmystes dicunt)
concanonicus, conuictor, contubernalis, condi
scipulus, coauditor, compotor, competitor, col
lacteus, collactaneus, conseruus, cognominis,
consanguineus, coepulo, cohabitator, confabu
lator, coniunx, concolor, consonus, & eiusmodi
reliqua.

Series prædicamenti qualitatis. Tit. XXIII.

Qualitas

DE PRAEDICAMEN.

	Qualitas	
Formę attinēs		Materiae attinēs
	Qualitas forme attinens	
Comparata		Natura insita
	Affectio	
Facile dimobilis		Difficuler dimobilis
Spiritualis	Habitus	Corporalis
	Habitus spiritualis	
Intellectualis		Moralis
	Habitus intellectualis	
Theoreticus		Practicus
	Habitus intellectualis, theoreti.	
Conclusionis		Principiorum
	Scientia	
Cōtemplatiua		Actiua
	Scientia contemplatiua	
Principalis		Administratiua
	Logico	
Disputatoria		Nō disputatoria
	Dialectice	
Hæc dialectico	Platonis dialectice	Chrysippi dialectice.
		De ijs

I O A N N M V R M E L L.

De ijs quæ sunt primæ speciei qualitatis.

Regula prima.

Titu. XXV.

Dispositio qd, et quot modis dicitur. Omnis dispositio & habitus corporalis est in primo qualitatis gñe: vt calor, frigiditas, sanitas, simitas, cælitas, candor, nigredo, fuscū, robur, ægrotudo, morbus, & eius species, vt febris, paralyfis, pleuritis, podagra. Dispositio quæ & affectio dicitur, & latius accipit̃ & pressius. Prima mō est qualitas ad bene maleue operandū acquisita. Secūdo est qualitas ad bene maleue operandū acquisita perfacilē à subiecto dimobilis.

Habitus qd bilis. Habitus est ad operandum comparata qualitas difficulter à subiecto dimobilis.

Secunda regula

Titu. XXVI.

Habitus in nere qualitatis. Habitus intellectuales sunt quosque intellectuales quibus temp assentimur vero. Sapiencia, Intellectus, Scientia, Prudentia & Ars. Duo, quibus mō vero assentimur, mō falso. Sunt aut opinio & suspicio. Sapiencia est habitus cognitius dei & diuinorum. Intellectus est habitus primorum principiorum cognitius. Scientia est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus. Prudentia. Prudentia est recta ratio rerū à nobis agenda. Ars quid. Ars est recta ratio rerum à nobis efficienda. Opinio. Opinio est assensus rei validior. Suspicio. Suspicio est assensus rei minus validus. Scientiarū igitur & artium nomina in hoc genere collocantur, vt grammatica.

DE PRAEDICAMENTIS.

grammatica, dialectica, rhetorica, arithmetica,
musica, geometria, astronomia, physice, ethice
metaphysice, poetice, agricultura, militia, lan-
ficium, & id genus alia.

Tertia regula

Titu. XXVII.

Omnes habitus mortales, id est, virtutes &
vitia sunt in hoc primo genere qualitatis, ut iustitia,
iniustitia, fortitudo, audacia, timiditas, libera-
litas, auaritia, prodigalitas. A theologis nostris
ponuntur etiam in hac specie habitus spirituales in-
fusi, ut fides, spes, charitas, & id genus virtutes
supernaturales. Item habitus, co-creati: ut species
intellectuales & rationes angelorum mentibus co-
creatae, sed huiusmodi habitus non capit definitio-
nem a veteribus peripateticis data, nec mirum, cum illi
verae religionis ac sapientiae expertes id genus ha-
bitus non nouerint. Quare malim eos reponere
inter qualitates praeter haec quatuor genera ap-
parentes, aut aliam tradere habitus finitionem ac
vulgo datur. Nec mirandum videatur, quod dixe-
runt qualitates praeter haec quatuor genera apparen-
tes. Nam Severino Boethio interprete Aristote-
lis in praedicamentorum libro haec verba sunt.
Et fortasse alij quoque apparebunt qualitatis mo-
di, sed qui maxime dicuntur, ferè tot sunt.

Quarta regula

Titu. XXVIII.

Nomina magistratuum & dignitatum sunt in
hoc primo genere qualitatis, ut pontifex, episcopus
sacerdos

I O A N N. M V R M E L L.

sacerdos, rex, cōsul, p̄tor, cēfor ædilīs, & id̄ gen⁹
reliq̄. Pauper itē diues, fortunatus, infortunat⁹
beat⁹, felix, miser, nobilis, ignobilis, honoratus
gloriosus, & huiusmodi noīa sunt hui⁹ speciei.

De ijs, quæ sunt secunda speciei qualitatis,

Regula prima. Titu. XXIX.

Omnis naturalis potētia vel impotentia est
in secūdo ḡne qualitatis. Naturalis potētia est,
qualitas ad benè opandū innata: vt salubritas
durities. Naturalis impotētia est q̄litas ad ma
lè debiliterūe opandū, aut ad patiendū innata
vt insalubritas, mollities, Trapezontius aut̄ in
dialecticis. Naturalis (inquit) potētia vel impo
tētia, dicitur vis quēdā insita, vel imbecillitas,
qua facilius quicq̄ aut egrius, vel pati, vel age
re natura pōt: vt durū, molle, valetudinarius,
robustus, & q̄ huiusmōi sunt natura insita, non
aduentitia. Hęc ille. Vires igitur naturales, pla
netarū, siderū, elementorū, animalium, plātarū,
lapidum & cæterorum sunt huius generis.

Regula secunda Titu. XXX.

Omne simpliciter speciei propriū est in hoc
secundo genere qualitatis, vt risibile, flebile, di
sciplinæ susceptiuum, hinnibile, latrabile mu
gibile, gannibile, & eiusmodi alia.

Tertia regula Titu. XXXI.

Omnis animæ potentia est huius secūdi ḡnis.
Animæ potentia vis est eius, qua alicuius ope
ris est

DE PRAEDICAMENTIS.
ris est effectiua. Eius quinque sunt genera, vt haec
subiecta indicabunt.

Vegetabilis Augendi
 Minuendi
 Generandi.

 Visus
 Auditus
Exterior Odoratus
 Gustus
 Tactus.

Potentia sensitua

 Sensus communis
 Imaginatio
Interior Existimatio
 Phantasia
 Memoria

Appetitiua Cupiendi
 Irafcendi
 Volendi

Motiua Progrediendi
 Nandi
 Serpenti
 Volandi.

Intellectiua Simplex apprehedendi
 Componendi

 Diuisa

IOANN. MVRMELL.

Diuidendi

Ratiocinandi

Contemplandi

Consultandi

Agens

Possibilis.

Non ignorandū est ab Auicenna, Alberto Magno, & plerisque alijs poni quinque sensus interiores, sensum cōmunē, vim imaginatiuā, existimatiuā, phantasiā, & memoriā. Ab Auerroī vero, Thoma Aquina, & Marsilio Ficino in libro de voluptate quatuor duntaxat, vim existimatiuā à phantasia non separantibus. Nicephori hominis alioqui præstantis doctrinæ opinio neutiquā mihi probatur, visum & cæteros sensus ponentis in ea qualitatis specie, quæ dicitur habitus & affectio.

De ijs, quæ sunt tertiæ speciei qualitatis.

Regula prima. Titu. XXXII.

Omnis passio & passibilis qualitas, est in tertio gñre qualitatis. Passio (vt hic accipitur) est qualitas transiens, quæ sensui passionem infert, aut quæ à passione infertur, vt rubor ex recundia, excandescencia ex ira, pallor ex timore, ira ex contristatione. Passibilis qualitas, dicitur qualitas permanēs, quæ sensui passionem infert, aut quæ infertur à passiōibus, vt dulcedo, amarities, albor, nigror.

Passio

DE PRÆDICAMEN.

Passio modo est actionis effectus, prædicamentum quidem ab alijs distinctum, vt calefieri, infrigidari. Modo est qualitas transiens vel animæ vel corpori ex passione innata, & res quædam media inter passionem & qualitatem, qualitas inquam inchoata & imperfecta, quæque non potis est subiectum denominare, vt ira ex contristatione, erubescencia ex verecundia.

Secunda regula. Titu. XXXIII.

Omnis qualitas sensibilis in hoc tertio genere collocatur, vt color, album, nigrum, flavum, liuidum, puniceum, purpureum, viridum, cæruleum, sonus, vox, murmur, crepitus, susurrus, strepitus, frangor, sibilus, echo, odor, sapor, dulce, amarum, pingue, salsum, acre, austereum, acutum, acidum, calidum, frigidum, tepidum, humidum, siccum, leue, asperum, graue, leue.

Tertia regula Titu. XXXIII.

Passiones animæ, quæ & affectiões & perturbationes dicuntur à quibusdã in hac tertia specie collocantur Iacobus autem Fab. Stapu. homo doctissimus, & de optimis studijs scribendo meritis optimè ponit eas in prædicamento passionis, nos supra medias esse diximus inter passionem & qualitatem. Stapulensis Aristotelis verba pensitat illas passionis aientis, qualitates vero minime, pensitat & originem earundem, & (vt ita loquar

I O A N N. M V R M E L L.

loquar) fluxitatem. Illi autem rem putant passioni
superadditā, & si non qualitatem perfectā, at se-
men & elementū qualitatis, undeque si accesserit
permanētia, facile passibilis qualitas coalescat
Passiones animæ duodecim Egidius Roma-
nus & alij neoterici ponunt, amorem, desiderium,
odiu, abominationē, delectationē, dolorē,
seu tristitiam, spem, desperationem, audaciā, timorē,
irā, segnitiam. His adduntur à quibusdā
zelus, gratia, nemesis, misericordia, inuidia,
erubescencia. Nonnulli species quoque rerū tum
sensibilium, tum intelligibiliū & passiones ap-
pellāt, & in hoc tertio genere qualitatis reponūt

De ijs quæ sunt quartæ speciei qualitatis.

Regula prima. Titu. XXXV.

Omnis figura, & circa unumquodque cōstans
forma est in quarto genere qualitatis. Seuer. Boe-
thius figurā & formā hoc modo separat. Figu-
ra inquit, est triangulū vel quadratū, forma autem
ipsius triāguli vel quadrati quedā qualitas, un-
de etiam formosos homines dicimus. Figura
enim quādam vel pulchrior, vel mediocris, vel alio
quodā modo cōstituta qualitas forma noīatur.
Figura (vt geometræ diffiniunt) est quæ sub ali-
quo uel aliquibus terminis continetur. Sub ali-
quo quidem, vt circulus, sub aliquibus vero, vt
triangulū vel quadratū. Nicephorus inter figu-
ram & formam hoc discrimen tradit. Figura
dicitur

DE P R A E D I C A M E N .

dicitur talis exp̄ssio & linearis effictio. Forma extrinsecus prominēs coloris qualitas, idea, & informatio, & interpolata coloratio, & simpliciter talis quaedā iniecta visui, superficiei forma. Sunt qui figurā in rebus inanimatis accipiant, formam aut̄ in rebus animatis. Alj porro figuram quidem fastigiose cedentē, formā vero supernā superficiē vocēt. Haftenus Nicephorus.

Secunda regula. Titu. XXXVI.

Omnis qualitas circa quantitatē consistens, est in hoc quarto genere, vt paritas & imparitas circa numerum, rectitudo & curuitas circa lineam, concauum, conuexum & planum, circa superficiem, teres, rotundum, orbiculare, turbinatum, pyramidale, quadratum, trigonum, tetragonum, pentagonum, circa corpus.

Series predicamenti actionis. Titu. XXXVI.

	Actio	
Immanens		Transiens
	Actio immanens	
In intellectu		Extra intellectum
	Intellectio	
Simpliciū apprehensiuā		Non simplicium apprehensiuā
	Simplicium apprehensio	

Hæc simplicium apprehensio, ista, illa.

1 3 De

I O A N N M V R M E L L.

De ijs, quæ sunt in prædicamento actionis.

Regula. Titu. XXXVIII.

Omnis dictio significans agere, est huius prædicamēti, vt calefacere, frigefacere, humectare, siccare, intelligere, appetere, videri, audiri, olfacci, gustari, tangi, sentiri.

Series prædicamenti passionis. Titu. XXXIX

Passio.

Spiritualis

Corporalis

Passio spiritualis

Partis brutæ

Partis ratiōalis

Passio spiritualis
partis brutæ

Sensitiuæ

Appetitiuæ

Passio sensus

Exterioris

Interioris

Passio sensus
exterioris

Ab re visibili
illata

Non illata ab re
visibili

Visio

Hæc visio

Ista visio

Illa visio

De ijs, quæ sunt in prædicamento passionis

Regula

Titu. XL.

Omnis dictio significans pati, est huius prædicamenti, vt ad intelligendum agi, delectari, cōtristari, irasci, sentire, videre, audire, odorari, olfacere, gustare, tangere, dementari, doceri, vti

DE PRAEDICAMEN.

ri, vri, secari, calefieri, frigefieri, humectari, sicari, discere, sperare, metuere, & id genus reliqua. Scire vero est in predicamento qualitatis.

Series praedicamenti Vbi

Titu. XLI

	Vbi	
Commune		Proprium
	Vbi commune	
Extra aquam		In aqua
	Vbi commune extra aquam	
In ciuitate		Extra ciuitatem
	Vbi commune extra aquam in ciuitate	
Sub tecto		Sub dio
	Sub tecto	
In loco sacro		In loco pphano
	Sub tecto in loco prophano	
Publico		Priuato
	In edificio priuato	
In edificio Socratis		In domo Platōis

Descriptio ubi, ex Trapezuntio. Titu. XLII.

Vbi quid

Vbi est quae à loci circumscriptione procedit, corporis locatio. Non est enim idē locus & vbi, nam locus est in eo quod capit, vbi vero in eo quod circumscribitur.

¶

De

I O A N N M V R M E L L.

De ijs quæ sunt in prædicamento Vbi.

Regula. Titu. XLIII.

Omnia dictio significans in loco, est in prædicamento vbi, vt in igne, in aere, in aqua, in terra, in vrbe, in agro, in eremo, in villa, in templo, in theatro, Romæ, Athenis, in Academia, in Lyceo, domi, militiæ, humi, ruri, hic, isthic, illic.

Series prædicamenti quando. Titu. XLIII.

	Quando	
Præsens		Non præsens.
	Quando nõ præsens	
Præteritum		Futurum
	Quando futurum.	
Paulo post futurum		Non paulo post futurum
	Mox	
Hoc mox	Istud mox	Illud mox.

Descriptio, quando ex Trapezontio.

Titulus. XLV.

Quando est quæ relinquatur ex tempore rerum affectio. Id diuiditur in præteritum, instans & futurum, quamuis nihil horum sit, nam cum hæc tria tempora sint, quando tempus non est, sed affectio rei, quæ fuisse, vel esse, vel futura dicitur.

De ijs quæ sunt in prædicamento quando.

Regula. Titu. XLVI.

Omnia

DE PRÆDICAMEN.

Omnis dictio significans in tempore, est in categoria quando, vt hodie, heri, nudiustertius, superiori mensæ, superiori anno, mane, meridie, vesperi, cras, perendie, olim, quondam, olympiade centesima, anno ab orbis origine quingentesimo, anno à virginis partu supra millesimum & quingentesimū decimotertio, & id genus cætera.

Series prædicamenti Situs Titu. XLVII.

	Situs	
E natura		Ex appetitu
	Situs ex appetitu	
I n intellectu		Sensitiuo
	Situs ex voluntate.	
S ui corporis		Alieni corporis
	Situs sui corporis voluntarius	
I n pedes erecti		Nō erecti in pedes
	Status	
H ic status	Iste status	Ille status.

Descriptio situs ex Trapezontio.

Titu. XLVIII.

Situs est partium quædam positio ac ordinatio, qua stantia, sedentia, aspera, leuia, & huiusmodi dicuntur.

I 5 De

I O A N N. M V R M E L L.

De ijs, quæ sunt in prædicamento Situs.

Regula

Titu. XLIX.

Omnis dictio significans positionem quamdam partium ac ordinationem, est in prædicamento situs, vt status, sessio, accubitus, iacere, Raritas, spissitudo, asperitas, leuor, accliuitas, decliuitas, inclinatio, inflexio, supinitas, & id genus reliqua.

Series prædicamenti *Habitus.*

Titu. L.

Habitus

Domesticus

Militaris

Habitus domesticus.

Vnius partis corporis

Plurium partium corporis

Habitus domesticus plurium corporis partium

Mediate adiacens

Immediate adiacens

Indusiatura

Hæc indufiatura

Ista indufiatura

Illa indufiatura.

Descriptio habitus.

Titu. LI.

Habitus est res media inter corpora, & quæ eis adiacent, secundum quam hæc quidem haberi, illa vero habere dicuntur, vt armatura, tunnicatio.

De ijs

DE PRAEDICAMEN.

De ijs, quæ sunt in prædicamento habitus.

Regula / Titu. LII.

Omnis dictio habitum significans, est huius categoriæ, siue is sit domesticus, siue militaris, siue ad velamen, siue ad cultum corporis pertineat, vt armatum esse, loricatedum, pharetratū, galeatum, scutatatum, palliatum, togatum, pileatum, calceatum, annulatum, torquatum, coronatum & huiusmodi alia.

DE DICTIONIBVS ALIQVOT
quæ vel ad diuersa prædicamenta, vel
ad vnius eiusdēq; seiunctas species
referuntur.

Caput huius introductionis tertium.

*Quod una eademq; species secundum aliud atq; aliud
diuersis generibus supponi possit. Tit. I.*

Tametsi verissime dictum sit à Philosopho in prædicamentorum libro. Diuersorū generū & non subalternatim positorum diuersæ sunt species, id est, secundum speciem differentiæ, nihilo tamē minus vna eademq; species pro diuersis ratiōibus supponi diuersis gñeribus pōt, quod ne cui parum eruditorum mirabile videatur, ipsius Aristotelis ex eodem libro verba subiiciam. At vero (inquit) non decet conturbari, ne quis nos dicat de qualitate propositionem

I O A N N. M V R M E L.

sitionem facientes, multa de relatiuis interpo-
fuisse. Habitus enim & dispositiones horum
quæ ad aliquid sunt, esse dicebamus. Pene enim
in omnibus talibus genera ad aliquid dicuntur.
nihil autem eorum quæ singula sunt, Et non
multo post subdit, Amplius, si contingat hoc
ipsum & quale, & relatiuum esse, nihil est incon-
ueniens in vtriusque hæc generibus enumerare.
Quæ verba Boethius enarrans. Nam cum sit
verum (inquit) vnam eandemque rem duobus di-
uersis generibus non posse esse suppositum, il-
lud tamen cõuenit, secundum aliud atque aliud,
vnam eandemque speciem duobus generibus
posse subnecti.

*De habitu, dispositione, scientia, sensu,
& positione. Titu. II.*

Sicut Aristoteli & Boethio placet, habitus
(quæ & habitudo dicitur) dispositio, scientia,
& sensus modo in relatione, modo in qualitate
numerantur. In relatione quidem, nam & ha-
bitus, habilis rei habitus dicitur, & res habilis
habitu habilis, dispositio, dispositæ rei disposi-
tio, disposita res, dispositione disposita, scien-
tia, scibilis rei scientia, scibilis res, sciëntia scibi-
lis, sensus, sensibilis rei sensus, sensibilis res, sen-
su sensibilis. In qualitate vero, quæ ab ea subiecta
qualia denominantur. Sic & positio nunc ad ali-
quid est, in eo quod positæ rei positio est, & po-
sitæ

DE PRAEDICAMEN.

sita res est, positione posita, nunc praedicamentum ab alijs distinctū, quod & situs dicitur, in eo q̄ ab illo sedentia, stantia, rara, spissa, aspera, leuia, & eiusmodi denominantur. Recentiores dialectici duplicia relatiua cōstituentes, hęc quidem, quę appellant secundum dici, illa vero secundum esse, nihil ex alijs praedicamentis inter relatiua secundum esse numerant, at non parum multa inter secundum dici relatiua. Hoc insuper addunt priorem ad aliquid definitionem à Platone profectam, vtriusq; relatiuis conuenire, quam Aristoteles posteriore solis secundum esse relatiuis conuenienti iure correxerit.

De raro, spisso, leui, & aspero.

Titulus III.

Rarum, spissum, leue & asperum (si Alberto Magno credimus) trifariam accipiuntur. Primum quidem, vt positiones quasdam partium significant. Nam rarum ideo vocatur, quia partes eius ita distant à se, vt inter eas alieni generis corpus possit admitti, vt spongia, pumex. Spissum, quoniam ita sibi partes vicinæ sunt, atq; ad se inuicē strictæ, vt inter eas nullū corpus possit incidere, vt ferrū, adamas. Leue, q̄ eius partes æquali iacent superficie, ita vt nulla earū emineat, vt lamina argentea. Asperū cuius partes inæqualiter sitæ sunt, ita vt alię emineant,

I O A N N. M V R M E L L.

neant, aliæ vero sint depressæ, vt tyrocnestis. Et hoc modo sunt in categoria situs. Deinde autem, vt tactui inferunt passionem, & sic in tertio qualitatis genere collocantur. Postremū vero, vt figuræ sunt, & in quarta specie qualitatis reponuntur.

De calido, humido, & lumine.

Titu. IIII.

Calidum, humidum, & lumen primum quidem spectantur, vt igni calidum natura inest, aquæ humidū, lumen corpori luminoso, suntq; in secundo genere qualitatis. Deinde autem, vt substantiarum susceptibilium affectiones sunt, & in primo qualitatis genere collocantur. Postremum vero, vt sensum passione afficiunt, lumen quidem visum, illa vero tactum, & sunt tertij generis eiusdem prædicamenti.

De doctore, imperatore, uiro, comite.

Titulus V.


Doctor si ad discipulum refertur, est in categoria relatiuorū, nam doctor discipuli doctor est, & discipulus est doctoris discipulus. Si eum significat, qui docendi quopiam habitu præditus est, tametsi iam nemo sit ei discipulus, est in prima speciei qualitatis. Ita Imperator cum ad exercitum mutuo refertur, nomen est ad aliquid, cum eum significat, qui habitum & auctoritatem

DE PRAEDICAMEN.

toritatem habet imperandi, in primo qualitas
tis genere numeratur. Porro, si vir maritum
significat, relatiuum nomen est, si sexum, in
secunda specie qualitatis, si aetatem, in prima
eiusdem collocatur. Comes vero si ducis co-
mes dicitur, relatiuum est indignius correlati-
uo, si autem comitis comes, vt in illo
mimographi : Comes facundus in
via pro vehiculo est : relatiuum
est aequali consistens com-
paratione.

Explicita est haec Isagoge.

LIPSIÆ
EX OFFICINA TIPOGRA-
phica Nicolai Fabri.




Da 902. 8^o


ULB Halle 3
003 589 048



M







B.I.G.

Farbkarte #13

DIALECTICÆ

CA IOANNIS CAESARII, PER
Quæstiones, in Compendi-
um redacta, Autore
Chasparo Rodolphi.

ADCESSIT IN PRINCIPIO
per eundem Præmion, continens
totius Dialectici negocij sum-
mam ac usum.

ADIECTA EST AD CALCEM
huius Dialecticæ institutionis, Ioannis
Murmellij in x. Prædicamenta Ari-
stotelis isagoge, oppido quam
utilis huius discipli-
næ studiosis.

LIPSIÆ
EX OFFICINA TIPOGRA-
phica Nicolai Fabri.

